

IN  
QVATVOR

LIBROS SENTENTIA-  
rum Petri Lombardi, Epito-  
me longè succinctissima,

Vnà cum distichis singularum di-  
stinctionum materiam summam  
complectentibus: AVTHORE  
Arnoldo VVesaliensi.

Nunc multo quàm antè corre-  
ctius ædita, opera Gerardi Matthi  
sij Geldriensis.

COLONIAE,  
Petrus Horst excudebat.

1 5 5 5.

3 in)

IN  
SOTTANO

2 We v 316

Abbas  
Abbas  
Abbas

Abbas  
Abbas

Abbas

Abbas

Abbas

GER  
Matthij  
rem p



monumentis  
prioris gener  
colteri quea  
pacisimi m  
ur. Nam vt c  
onnum eoru  
tertia exacte,  
cum earum re  
nam religione  
cetonem inf  
Vetusa nonn

GERARDI

103

Matthijsij ad Lecto-  
rem præfatio.



um tā multū  
libri de Chri-  
stianę religi-  
onis doctri-  
na, varijs ti-  
tulis hodie  
in lucem exe-  
ant, qui cum  
Antiquorum

monumentis, quæ in eodē hoc scri-  
ptiōis genere lucubrata sunt, rectē  
cōferri queāt, aut nulli, aut certē q̄  
paucissimi mea sententia reperiu-  
tur. Nam vt de alijs nihil dicā, quis  
omnium eorum est, qui tā diligen-  
ter, tā exactē, tā distinctē, & planē  
oīm earum rerum, quæ ad Christia-  
nam religionem pertinent, tra-  
ctationem instituit, quā eam à  
Veterum nonnullis in hoc genere

A 2      perfe-

## PRAEFATIO.

perfectam & consummatam esse videmus. Ut vero cæteris omisis, de vno Petro Lombardo, peruulgato illo Sententiarum Magistro, qui in hoc Commentationis genere, cum magna quadam laude nomen suum ad posteritatem transmisit, exempli causa dicam: an quisquam est, qui merito cum hoc viro comparari possit? Concedo quidem multa ab alijs doctè, multa ornatè, multa vtiliter, & ad horum temporum statum perquam accommodatè disputata esse. Verùm quis omnium istorum est, qui vniuersa ea, quæ sacris literis consentanea, tum de Deo, tum de diuinis reb. & olim à Patribus disputata sunt, & hodie ferè apud eruditos differuntur, tam luculenta & perfecta methodo, quàm iste in quadripartito illo Sententiarum Opere, complexus & persequutus est? An ne cum huius Operis tractationem & *ὁικονομίαν* sanè præclarā diligentius intueris, vniuersa

3  
PRAEFATIO.

104

uerſæ Scripturæ materiam his li-  
bris artiſicioſiſſimè digeſtam, & ex-  
plicatam animaduertis? Nunquid  
quæ in Scripturis variè antè diſper-  
ſa & diſſipata quodam modo fue-  
runt, his libris quaſi conglutinata,  
& ratione quadam conſtricta tibi  
occurrere videntur? Mihi quidem  
certè Theologia, quæ antè Sapien-  
tia quædam erat, nullis terminis  
aut finibus circumſcripta, ita tra-  
ctata hoc Opere videtur, vt ſi artis  
aut ſcientiæ imaginem quiſpiam re-  
quirat, non malè peti eam hinc poſ-  
ſe mihi perſuadeam. Quò fit, vt nõ  
parùm iſtorum hominum ſtudia  
mirer, qui his temporibus neſcio  
quo modo ab hoc Authore alienio-  
res, id operam dant, vt huius viri  
ſcripta minus approbata, in odium  
aut contemptiõnem vulgo indu-  
cant. Ceterùm non eſt dubium qui-  
dem id, quin Scholaſticae Theolo-  
giæ, quæ ex huius Authoris ſcriptis  
potiſſimũ exorta eſt, id odio fa-

A 3 ciant.

## PRAEFATIO.

ciant. Ego verò in ea sum sententia, vt Scholaſticae Theologiae ſobriam, moderatamq; cognitionem non tantum vehementer vtilem, ſed & ſummè his temporibus neceſſariam eſſe exiſtimem. Quapropter ſepe cupiui, huius Authoris ſcripta cum alia, tum maximè id, quod ex ſanctorum Patrum dictis ſagaci quodam ſtudio concinnauit, luuentuti in manibus eſſe. Verum cum id paulo prolixius eſſet, quam vt comòdè teri à luuentute poſſet, tandem nobis oblatuſ eſt libelluſ, qui prolixioris iſtius Operis nõ illepidam nobis Epitomam profitebatur, ſi modo paulò diligentiuſ ab Authore, (cuius nomine circumfertur) conſcriptuſ eſſet, vel certè ſi ab iſis qui Authore mortuo eum primum publicauerunt, aliquanto correctiuſ eſſet ædituſ. Neque enim dubitamus, quin ita vt eſt, horum vitio maximè libelluſ deprauatuſ ſit, quippe cum innumeris locis Librariorum

4  
PRAEFATIO.

105

riorum negligentiam ita aperte co-  
arguat, vt quæ ab istius generis ho-  
minibus admiffa sunt, nequaquam  
possint Authori vitia imputari.  
Loquor tum de varijs solœcismis,  
qui passim legenti obuij erant, ita  
crassi, vt ne dormitanti quidem  
Authori, vtpote Græcè Latineque  
non vulgariter scienti, excidere  
potuerint: tum de infinitis hiati-  
bus, & lacunis, quæ dictu mirum  
est, quàm sæpe & verborum conte-  
xtum, & sententiarum integra-  
tem ita interruperint, vt ne diui-  
nando quidem, quæ mens Autho-  
ris esset, sibi consequi posse Lector  
videretur. Addo huc, venustissi-  
mos versiculos, qui singulis Distin-  
ctionibus (vt earum argumenta de-  
clararent) appositi erant, ita turpi-  
ter quàm plurimis locis corruptos  
fuisse, vt nemini, modo non omni-  
no ἀνούσω, eorum mendæ potue-  
rint esse obscuræ. Hæc cum inter  
legendum animaduverterem, dolui

A 4 quidē

## PRAEFATIO.

quidem, vt par erat, non parum optimi doctissimiq; viri ( qui in eodem hoc loco, cum magna nominis sui gloria, non paucos annos bonas literas docuisset ) ita miserè Librariorum incuria deformatum turpificatumq; libellum circumferri. Sed quorsum ad rem dolor? Vt nonnulla ex parte nomini eruditissimi viri consulerem, putauit me eius pietati id debere, vt si quà possem, tot modis corrupto, vitiatoq; libello medelam aliquam adhiberem. Feci itaq; vt crassioribus erratis primùm occurrēs, & solæcis mos è medio auferrem, & sententiarum hiatus complerem, & suæ integritati versiculos restituerem. Imo etiam si quando orationis vel asperitas, vel obscuritas tale aliquid poscere videbatur, hoc egi, vt verbulis paucis tum mutatis, tum trāspōsitis, aliquanto & mollius, & euidentius Authoris sententiam ob oculos exponerem. Quamquam id  
(prima

5  
PRAEFATIO.

106

(prima distinctione excepta, quam  
meis verbis totam retexui) obi-  
ter à me factum est, & parcius, ne  
in alieno opere curiosior fuisse  
cuiquam viderer. Ea vero quæ ab  
alijs margini adiecta erant, quia ad  
rem nihil facere mihi videbantur,  
ne margini oneri essent, omisi. Ver-  
ficulos quos alijs postposuerant, re-  
ctius præponi posse arbitrabar. De-  
inde quia distichis ferè ijdem com-  
prehensi erant, vt æquabilis versi-  
culorum collatio vbiq; seruaretur,  
Authoris Tetrasticha, quæ interim  
adhibita erant, nõ incommode vt  
ego puto, distichorum breuitate  
conclusi. Quod si in hac re aliquid  
à nobis præstitum æquus Lector iu-  
dicabit, est, quod nostro labore fru-  
atur: Sin secus, quod nos tum Au-  
thoris recognoscendi studio, tum  
studiosæ Inuentuti gratificandi a-  
nimo, laboris hinc impendimus, id  
ne temere quispiã reprehendat, eti-  
am atq; etiam oēs vehemēter oro.

A 5 Argu-

ARGUMENT.

*Argumentum libri  
primi Sententiarum.*

**P**rimus Sententiarum liber, proposita generali totius Scripture quasi materia, de sacrosancta Trinitate commentationem instituit, docens Deum & in essentia unum, & in personis trinū esse, idēq; partim sacrarum scripturarum testimonijs, partim vestigijs & coniecturis à creatura petitis. Quo demonstrato, de distinctione diuinarum personarum, & quo modo aliæ ab alijs ortum ducant, item quo modo eadem in perennitate, magnitudine, ac potestate æquales sint, longe lateq; differit. Hinc de sextuplici nominum discrimine, quæ Deo attribuuntur, considerat,

ARGUMENT.

107

rat, docens alia nomina esse, quæ  
ex omni æternitate in Deum con-  
ueniunt, cuiusmodi sunt, Deus, pa-  
ter, filius, spiritus sanctus, æterni-  
tas, sapientia, persona, lux, splen-  
dor, substantia, &cæt. quorum par-  
tim propriè, partim metaphoricè  
intelliguntur: Alia verò, quæ ex  
tempore ei tribuuntur, vt domi-  
nus, creator, redemptor, saluator:  
incarnatus, humanatus, quorum il-  
la relatè, hæc absolutè dicuntur.  
Atq; his fusè disputatis, tandem de  
scientia, prænotione, prouidentia,  
dispositione, prædestinatione, po-  
tentia, ac voluntate Dei priua-  
tim varias & abstrusas que-  
stiones agit, dissol-  
uitq;. Atque hæc  
summa ferè pri-  
mi Senten-  
tiarum  
libri materia ac  
tractatio  
est.

A 6

Argu-

ARGUMENT.

*Argumentum libri  
secundi Sententiarum.*

**E**Xplicata Dei vi ac natura, quoad  
ad perspicui ea ab homine potest, hoc libro de Mundi creatione tractare incipit. Ac primo quidem de angelorum creatione, natura, statu, ordinibus, lapsu, ministerio variè differit. Hinc mundi creatione (quæ sex dierum opere completa & distincta est) explicata, specialem de homine commutationem aggreditur, docens quomodo is ad Dei similitudinem formatus sit, quomodo in paradysum translatus, & hinc à muliere, astu diaboli inductus, Dei mandatum prevaricatus sit. Quæ res vniuerso mundo exitij causa fuit. Hic multa de  
tenta-

7  
ARGUMENT.

108

tentatione, de libero arbitrio, de  
multiplici gratiæ diuinæ, quæ ho-  
minibus cōfertur, distinctione, de  
peccato tū originali, tum actuali,  
& quid peccatū actuale sit, vnde id  
proficiscatur, quid efficiat, quo mo-  
do partiatur, quo modo in Deum,  
proximum, & seipsum, dicto, facto,  
cogitatu id homo exerceat. Itē vn-  
de externi actus dijudicētur, Infide-  
lium opera, quantumuis in speciem  
bona, vitam æternam non pro-  
mereri, Peccatum in spiritum san-  
ctum grauissimum esse, Peccandi  
vim partim à Deo, partim ab homi-  
nis malitia, & diabolo existere: Hęc  
inquam, & alia quædam eius-  
dem generis, occasione  
lapsus ac præuarica-  
tionis Adæ, se-  
cundo hoc  
libro,  
copiosè simul ac eru-  
ditè differun-  
tur.

A 7

Argu-

ARGUMENT.

*Argumentum libri  
tertij Senten-  
tiarum.*

**P**Osteaquàm antegresso libro paterfactum est, quo modo Domini mandati præuaricatione, homo lapsus & perditus sit: hoc libro de lapsi hominis instauratione, & perditæ recuperatione Magister sermonem instituit. Nempe docet, quo pacto misericors & clementissimus deus, post longinquam nostram miseriam & calamitatem, tandem nostri misertus, in plenitudine temporis, vnigenitum suum filium cœlitus instaurorem nobis dederit, qui carne nostra assumpta, cum deus simul ac homo, omni gratia ac sapientia plenus, multo tempore nobiscum conuersatus esset,  
mortem

ARGUMENT.

109

mortem in crucis patibulo subiret, qua Diabolo victo, & nostro peccato expiato, rursus in Dei gratiam rediremus, & deperditam felicitatem recuperaremus. Hac de causa de Christi I E S V incarnatione, passione, ac morte multa differit. Deinde quæ Theologica, quæ morales virtutes sint, quæ item Sancti spiritus dona, quæ tum in Christo cumulata fuere, tum in nobis omnibus Christi beneficio, ac munere, (quod Christi mors nobis salutaris ac fructuosa sit) inesse debent, longam explicationem subiicit, docens quæ fidei, spei, charitatis: iustitiæ, temperantiæ, fortitudinis, prudentiæ: timoris, intellectus, pietatis, & consimilium, vis ac natura sit. Post quæ breuem Decalogi *Ἐκνήσιον*, disputatione de mendacio ac periurio inserta, vsque ad finem libri tractatam subiungit.

Argu-

ARGVMENT.

*Argumentum libri  
quarti Senten-  
tiarum.*

**H**Oc libro edisserit de hominis  
per Christi mortem instaurati  
confirmatione, & confirmati  
extrema (vt sic dicam) beatificatio  
ne. Confirmatio vero in salutari  
diuinorum munerum, & sanctorū  
Ecclesiæ Sacramentorum (ea sunt  
Baptismus, Confirmatio, Euchari-  
stia, Pœnitentia, Extrema vnctio,  
Coniugiū & Ordo, quę oīa vim suā  
& originē ē Christi passiōe sortita  
sunt) vsu simul ac dispensatione cō-  
sistit. Quō fit, vt multa de singulo-  
rum Sacramentorum vi, natura, in-  
stitutione, administratione, susce-  
ptione, vsu, hoc libro Magister ac-  
curatē disputet. Qua disputatione  
absolu-

9  
110  
**ARGUMENT.**

absoluta, tū deinde ad ea, quæ bea-  
tificationis quæstionem attingūt,  
orationem dirigit. Hic de futura  
mortuorum resurrectione differit,  
qua & boni & mali, ad Angeli tu-  
bam, tempore non sperato, ad lu-  
diciū excitabūtur, ætate quidem  
& statura, & corporum integritate  
perfecta, etsi mali ad pœnam, boni  
ad gloriam vocabuntur. Hic de sta-  
tu animarum, tum in purgatorio  
igne, tum in inferni cruciatib. disse-  
rit, subiungens tandem extremi lu-  
dicij rationem, ac formam Scriptu-  
rarum sententijs congruentem. Post  
quæ de piorum iuxta ac impiorum  
varijs dissimilimisq; præmijs, non  
nulla oratione consumpta, fi-  
nis huic Commentatio-  
ni imponitur.

**Finis argumentorum ho-  
rum librorum,**

VITA PETRI LOM-  
bardi ex Tritthemio.

**P**etrus Lombardus episcopus Pa-  
riens. ex scolastico, vir in sacris  
scripturis studiosiss. & nobili-  
ter doctus, ingenio subtilis, & cla-  
rus eloquio, nomen suum scribēdo  
cum tanta gloria transmisit ad po-  
steros, vt usq; in hodiernū diē eius  
opusculis Theologorū scola vbiq;  
exercitata, singulari veneratione  
Magistrum eū nominet & habeat.  
Scripsit enim sagaci studio ex di-  
ctis sanctorum patrum commenda-  
bile opus, Sententiarum lib. 4. Cu-  
pientes aliquid, &c. In totum Psal-  
terium lib. 1. Quum omnes prophe-  
tias, &c. In omnes epistolas Pauli li-  
bri 14. Principia rerum, &c. Sermo-  
nes varios lib. 1. Alia quoque non  
pauca composuit, quæ ad notitiam  
meam non venerunt. Claruit sub  
Conrado Imperatore. 3. anno Do-  
mini 1149.

Com-

10  
111  
COMPENDIUM MEMORIALE libri primi.

- Distin. 1  
s. proprie solo Deo  
Fruimur  
3  
vt patet per rationem, vestigiū & imaginem  
trino  
5  
s. quæ nec generat nec generatur.  
in essentia  
7  
quæ passive est in filio, active in patre.  
potentiam  
9  
scilicet est filius patri.  
coeternus
- 2  
secundum auctoritates utriusque legis  
vno deo  
4  
scilicet de Deo  
genito  
6  
volens pater generat filium.  
Voluit  
8  
s. est deus sine omni compositione.  
simplex.  
10  
s. est spiritus sanctus patris & filii  
amor.  
s. pro-

11  
s. procedit spiri-  
tus sanctus.

Ab utroq.

13  
s. spiritus sanctus.  
non quomodo  
natus, sed quo-  
modo datus.

procedit

15  
scilicet dicitur  
spiritus san-  
ctus. similiter  
& filius.

à se missus.

17  
s. est deus qua-  
nos diligit, &  
nos ipsum.

charitas

19  
æquales sunt diui-  
næ personæ, & ter-  
nitate, magnitu

12.  
s. nō prius tēpore  
aut perfectione.

simul

14  
temporaliter e-  
nim mittitur  
spiritus san-  
ctus.

tempore

16  
s. missio spiri-  
tus sancti, plu-  
ries facta  
est.

Inuisibilis

18  
scilicet, dici-  
tur spiritus  
sanctus.

donum

20  
scilicet filius

dine

dine potentia.  
coæquale  
s. dictio exclusiua  
in diuinis syncate  
gorematicè, nō  
categoremat.

Excludit

23

s. non tantū di  
citur singulari  
ter, sed etiam  
pluraliter.

persona

25

quare dicuntur  
tres personæ?  
cū nomē persona  
dicat substan  
tiam.

personis

27

s. appellatione  
nominantur  
proprietate  
tes.

quod pater.  
potest.

s. plura dicuntur  
de Deo.

nomina

24

i. noīa numerabi  
lia, vnum, duo,  
tres, admittūtur  
in diuinis.

cum tribus

26

personali patris  
quæ est generare,  
filij generari,  
spiritus sancti  
procedere.

proprietate

28

s. notio persona  
lis inest patri,  
quæ est innasci  
bilitas.

varia

varia

29

scilicet semper  
ad aliquid  
dicitur.

Principium

13

scilicet appro-  
priatur  
patri

Vnitas

33

f. est pro-  
prietas cur  
persona.

eadem

35

f. futurum à  
Deo.

præscitur

37

i. omnibus  
est deus præ-

notio

30

.i. relatiuè refer-  
tur deus ad crea-  
turas.

refert.

32

f. est pater sapi-  
pientia ingenita,  
non genita.

sapiens

34

f. & rei naturæ,  
est identitas  
in diuinis.

naturæ

36

scilicet eius ci-  
entia omnia sunt  
non tamen in  
eius essentia.

in Deo

38

scilicet om-

sen

sententialiter  
potēcialiter, &  
essentialiter.  
in rebus

39

f. res scita no-  
strā scientiam,  
non dei.

adauget

41

f. peccator ob-  
duracionem, sed  
non iustus pręde-  
stinationem,  
meruit

43

f. est ens in sua  
potentia  
illiminatus

45

scil. diuina dif-  
fert ab essen-  
tia ratione,  
non re,

nium rerum  
est dei sci-  
entia.

causa

40

id est, ponit  
aliquos esse ab  
æterno.

destinatos

42

f. dicitur  
Deus.

omnipotens.

44

f. potest facere de  
us q̄ fecit quoad  
additionem,  
meliora

46

scil. dei vo-  
luntas in  
omnibus  
impletur.

volun-

**Voluntas**

**47**

scilicet voluntas bene placita nobis, aut de nobis.

impletur

**placens**

**48**

tenemur conformare voluntatem nostram diuinæ in ratione volendi ex charitate.

conformitate.

**LIBER**

**LIBER**

**TENTIAR**

quæ de myster

tatis agit,

nes

Distin

les & signa

prima,

Quis uti

Totus sa

cipue

quæ ipsa

in signis,

candum a

sunt Veter

menti sacra

tiam tantū

designant,

perunt. Se

merest, quo

tri quædam

13

114

# LIBER SEN

TENTIARVM PRIMVS,  
qui de mysterio sacrosanctæ Trinitatis agit, continet distinctio-  
nes XLVIII.

Distinct. I. περιόχη.

Res & signa libri prodit distinctio  
prima,

Quis uti liceat rite, quibusque fruatur.

Totus sacre pagine tractatus præcipue versatur, uel in rebus, quæ ipsæ per se intelliguntur, uel in signis, quæ ad quippiam significandum adhibentur: Cuiusmodi sunt Veteris iuxta ac Noui Testamenti sacramenta, quorum illa gratiam tantum designabant, hæc quam designant, etiam simul gratiam impertiunt. Sed hoc inter res & signa interest, quod cum ipsa signa etiam res quædam sint, non contra quæ

B uis

## DE S. TRIN.

uis res ad significandum aliquid notæ sunt institutæ. Verum cum de rebus primo loco agendum sit, earum distinctio hic notanda est, quod aliæ res sunt, quibus fruendum est, in quibus ipsa per se uoluntas delectata conquiescit, qualis solus deus est, beatitudinem nobis imparties: aliæ res sunt, quibus utendum est, quæ ipsæ propter se non expetuntur, nec beatitudinem tribuunt, sed ad eam contendentibus aliquid adminiculi & subsidiij afferunt, qualis mundus est, & omnia quæ eius ambitu continentur. Tertio loco res quædam sunt, inter prædictas quasi mediæ, quæ superioribus illis utuntur simul ac fruuntur, ut homo & angelus. Ita patet, frui (si proprie eius uerbi notio intelligatur) non aliud esse, quam amore rei alicui inhærere propter seipsam: Vt uero esse, amore rei alicui inhærere, quæ non ipsa propter se expetatur, sed ad id, quo perfruendum est, referatur.

Quæ

114  
LIBER I.

115

Quæ cum ita sint, patet nec homi-  
ne fruendum esse, nisi in deo: nec  
uirtutibus, nisi quatenus instrumē-  
ta fortè sunt, ac media, quibus ad  
deum perueniatur. Ipse uero Deus  
cū nos diligit, non frui nobis, sed v-  
ti quodam modo dicitur, etsi ali-  
ter, quàm nos ipsis rebus utimur.  
Ipse enim bonorum nostrorum nõ  
eget, nec ad suam utilitatē, sed no-  
stram usum nostri transfert. Quan-  
quam ad ipsius gloriam id perti-  
net, & ut suam bonitatem nobis in-  
exhaustam patefaciat. Sed his posi-  
tis, de perfruendis rebus (hoc est,  
de sancta & indiuidua Trinitate)  
nunc superest, ut dicamus.

Distinct. 2. Periocha.

Splendida personis tribus est essen-  
tia simplex,

Hoc instrumentum monstrat u-  
truncq; tibi.

**V**erè ac pia fide tenendum est,  
quod Trinitas unus ē, et solus  
uerus Deus, Vnde & omnes ca

B 2 tholici

## DE S. TRIN.

tholici doctores hoc secundū scri-  
pturas sanctas docere intenderūt,  
scilicet quod pater & filius & spi-  
ritus sanctus sunt unius substan-  
tiæ, & sunt unus deus inseparabili  
æqualitate, & tamen pater non est  
filius, nec spiritus sanctus, nec econ-  
tra, sed omnes tres personę sunt ho-  
mouision, hoc est, vnius substantię.  
Vnde non est aliud pater, & aliud  
filius, & aliud spiritus sanctus. s. in  
essentia, sed alius. s. in persona. Hęc  
autem fidē primō astruere ex scri-  
pturis, & postea rationibus catho-  
licis, & exemplis contra aduersari-  
os veritatis defendere oportet.  
Quantum ad scripturas uerō atti-  
net, hęc ita se habere, ex authorita-  
te & ueteris & noui testamēti pro-  
lixè in textu id comprobatur.

DIST. .3. periocha.

Nota creature monstrant vestigia  
trinum

Esse deum ac vnum, monstrati-  
mago quoq̃.

Essen-

15

LIBER I.

116

**E**ssentia diuina unitas, & personarum trinitas, ex creaturis aliquo modo inuestigari potest, de quo & philosophi aliqua cognouerunt. Et unitas quidem dei cognoscitur ex opere, quod est mundus, quod ostendit Dei potentiam ex eo, quod omnes creaturae sunt mutabiles: Is uero a quo haec sunt, est immutabilis: & ex eo quod omnia bona & meliora ab eo procedunt, ut ab optimo, & ut a pulcherrimo omnia pulchra. Trinitas etiam personarum in creaturis inuestigari potest aliquo modo per id, quod in se ostendunt unitatem, speciem, & ordinem, quae personis appropriantur. Expressius autem trinitatis imago deprehenditur in mente humana, quantum ad illa tria, quae sunt intellectus, memoria, & uoluntas: uel mens, notitia, & amor. Veruntamen & in his oportet fidem suffragari, & imagines illae multum imperfectae diuinam representant trinitatem.

B 3      Distin-

DE S. TRIN.

DIST. 4. Periocha.

Quod deus ipse deum genuit, quod  
tres deus vnus

Personæ, sanxit non temerata fi-  
des.

**I**lla quidem vera est & conceden-  
da, Deus genuit deum: Nō autem  
illa, Deus genuit se deum, vel ali-  
um deum. Ex ea enim sequeretur,  
īdem generasse seipsum, vel plures  
esse deos, quorū vtrūq; falsum est.  
Neq; secunda sequitur ad primam,  
sed quod genuerit filium, aut aliū  
in persona. Illa ergo, deus pater ge-  
nuit deum, qui non est Deus pater,  
īd est, filium, qui non est pater, qui  
deus est, vera est, cū solam perso-  
nalem significet alietatem. Si verō  
exponatur, qui nō est idem deus cū  
deo patre, falsa est, quia in ea alie-  
tas essentię importatur. Tres ergo  
personę sunt, vna dietas. Et vnus  
deus ē, tres personæ. Et vnus deus,  
īpsa Trinitas. Et vna substātia, tres  
personæ. Et econtra, Trinitas est v-

nus

nus deus, & tres personæ dicuntur  
esse vna essentia.

## DIST. 5. Periocha.

Nō genita, aut genuit diuina essen-  
tia, quamuis

Natura genitus filius ipse patris.

**E**ssentia in diuinis, nec generat,  
nec generatur. Hinc negandæ  
sunt illæ, Pater genuit diuinā  
essentiam, diuina essentia genuit fi-  
lium, diuina essentia genuit diuinā  
essentiam. Alioquin vel essentia  
non esset essentia: vel idem gene-  
raret seipsum, vel haberet esse, per  
id quod ab eo genitum esset, quæ  
omnia sunt inconuenientia. Vnde  
& à simili Augustinus probat quod  
pater non est sapiens sapientia ge-  
nita, cum idem sit ei sapere & esse.  
Licet autem filius sit diuina es-  
sentia, non tamen per hoc pater  
genuit essentiā, sed genuit hoc, quod  
ipse est, id est, genuit filium, qui  
est idem essentialiter cum ipso.

B 4 Quod

## DE S. TRIN.

Quod autem authores dicunt essentiam filij, esse de essentia patris, intelligendum est, filius, qui est essentia, est de patre, qui est eadem essentia. Quod etiam authoritates quædam dicunt patrem genuisse filium de sua substantia, & non de nihilo, intelligendum est, id est, genuit filium, qui est eiusdem naturæ cū eo.

### DIST. 6. Periocha.

Quamuis in deo idem natura sit atque voluntas,  
Conuenit illi aliquid, quod tamen huic minime.

**P**ater in diuinis filium genuit nõ necessitate, cū in Deum nulla cadat coactio: nec volūate, cū in eum nulla cadat mutatio. Quamuis autē in deo idem sint re ipsa natura, voluntas, quia tamen ratione, ac habitu differunt, nihil obstat aliquid posse conuenire naturæ, quod non conueniat voluntati. Hinc nec inconueniens est, dicere filium esse filium naturaliter, & non voluntate.

te. Et est simile de voluntate dei, & eius scientia, quæ se ad plura extendit, quàm voluntas. Dicitur tamen deus volens genuisse filium, sicut & sapiens & potens ipsum genuit, sed non voluntate præcedente vel accedente, quasi prius voluerit, & post ea genuerit, vel contra, ut hæretici opponerent.

DIST. 7. Periocha.

Patri eadem & gnato diuina potentia, gigni

Qua potuit soboles, & generare parens.

**A**D hoc quod quæritur, an pater potuerit, aut etiam voluerit generare filium, affirmatiuè respondendum est. Nec ex hoc sequitur patrem aliquid posse, aut velle, quod filius non possit, aut non velit: quia ibi posse, & velle generare, non est aliquid, sed ad aliquid. Hinc quod filius non potest, nec vult generare, non arguit in eo impotentiam, cum eiusdem sit potentiæ cum

B s patre,

## DE S. TRIN.

patre, sed pertinet ad proprietatē ipsius persone, cuius est posse, & velle nasci, quod quidem in eo ē eadem potentia, quę in patre est potentia, qua potest & vult generare, sicut & in vtrisque est eadem sapientia, & natura. In filio ergo non est potentia generandi, si ad proprietatem referatur intelligentia: quamuis bene, si ad naturam. Tunc enim idem sunt, posse generare, & posse generari.

### DIST. 8. Periocha.

Est solus verē deus immutabilis atque

Simplex, est solus scilicet esse suū.

**S**olus deus, seu diuina natura verē est immutabilis, ac simplicissima. Ac verē quidem est, quia sine omni nō actualitatis admixtione constat. Nempe cum esse eius sit æternum, quod nec præteritionē ullam, nec futuri accessionem reuera agnoscit. Est autem immutabilis, quia est ipsum suum esse, quod impossi-

possi-

possibile est aliter disponi, quã est.  
Neq; enim verissima esset, si muta-  
ri posset. Neq; aliqua sunt in eo ac-  
cidentia, secundum quæ mutetur,  
neq; per loca, vel tempora, vel affe-  
ctiões variatur, vt fit in creaturis.  
Simplicissima verò est, & sine om-  
ni compositione, vel multiplicatio-  
ne, & sic vere & proprie simplex, cū  
in ea nulla sit partium vel acciden-  
tium, vel formarum diuersitas. Un-  
de nec alicui prædicamentorū sub-  
iicitur, nec proprie substãtia appel-  
latur. Neq; verò simplicitati ipsius  
nominū multiplicitas, quæ de ipsa  
dicuntur, repugnat, quia omnia ea  
vnum significāt: nec ipsa excludit  
personarum trinitatem, quia singu-  
læ deus sunt.

DIST. 9. Periocha.

Nate coeternum te dicimus esse pa-  
renti,

Dictus ab eterno te genuisse patres.

**V**Nus deus sunt tres diuinæ per-  
sonæ, & sunt idem in natura,

B 6      distin

## DE S. TRIN.

distincte tamen in personalitate.  
Hinc quavis filius alius sit à patre,  
cum sit ab eo genitus : non tamen  
fuit pater antequam filius, cum di-  
vinæ personæ sint inuicem coæter-  
næ. Nec valet, quod Arrius hæreti-  
cus inferre nitebatur, scilicet, quia  
natus est, & habet principium, er-  
go non est æternus. Etenim æter-  
nus pater æternum genuit filium.  
Alioquin & pater aliquando fuisset  
sine filio, & sapientia, quod est ab-  
surdum. Est autem illa æterna ge-  
neratio iuxta Prophetam ineffabi-  
lis. Vnde nec præsumi debet à quo-  
quam de plena ipsius cognitione.  
Ad exprimendum autem æternita-  
tem filij, melius dicitur semper na-  
tus, quam semper nasci, quamuis &  
illud à quibusdam dicatur.

DIST. 10. Periocha.

Spiritui sancto quavis tribuamus  
amorem,  
Personis tribus est attamen vnus  
amor.

Spiri-

**S**piritus sanctus est amor siue cha-  
 ritas, seu dilectio patris, & filii.  
 qua scilicet se inuicem diligunt,  
 Vnde & per modum voluntatis pro-  
 cedit. Quamuis autem accipiendo  
 nomen charitatis essentialiter, que  
 libet diuinarum personarum sit cha-  
 ritas, & omnes sint vna charitas, si-  
 cut & vna sapientia: tamen spiritus  
 sanctus solus est charitas procedens,  
 sicut filius sola sapientia genita. Est  
 autem haec charitas substantia, &  
 deus. Vnde aequalis patri & filio,  
 est spiritus sanctus. Quamuis etiam  
 hoc nomen, spiritus sanctus, omni-  
 bus conueniat personis: nam ut pa-  
 ter spiritus est, & sanctus, sic etiam  
 filius: conuenienter tamen tertia  
 persona eo nominatur, quod ab a-  
 liis duabus habet originem.

DIST. II. Periocha.

Ex patre & nato procedit spiritus  
 almus,

Quamuis dissideat nomine graeca  
 fides.

B 7 Secura

DE S. TRIN.

**S**ecundum sacræ scripturæ veritatem & noui testamenti auctoritates, dicere oportet spiritum sanctum à patre & filio procedere: Nec hoc est contra id quod in concilijs determinatum est, vt Græci aliqui cõtendebant, dicentes spiritum sanctum à patre tantum procedere. Longe enim differût aliud docere, & idem quod determinatũ est, vltèrius explicare, quod est in proposito. At quia & ipsi Græci spiritum sanctum dicũt esse etiam spiritum filij, verbis contendentes in sententia cum Latinis cõueniunt, si capere vellent. Quam etiam sententiam quidam maiores eorũ satis expresse in scriptis suis posuerunt.

DIST. 12. Periocha.

Spiritus ex nato non manat plenus ipso,

Quam patre, nec spirat filius ante patrem.

**A** Patre spiritus sanctus nec prius nec posterius processit, q̄ à filio,

20  
LIBER I.

121  
lio, nec cōtra, propter ea quod ibi  
nulla est tēporis successio, vel dura-  
tio, Vnde nec habet locum quæstio  
illa, an processerit spiritus sanctus  
iam nato filio, vel adhuc nascitu-  
ro. Nam omnes personæ sunt coæ-  
ternæ. Hinc etiam nec maiore per-  
fectiōe dignitatis, nec plenius à pa-  
tre procedit, q̄ à filio, sed æque per-  
fectè ab utroq;. Principaliter tamē  
& propriè à patre mittitur per fili-  
um, eò quod pater à nullo est, filius  
autem hoc habet à patre.

DIST. 13. Periocha.

Quamuis accipiat naturam flamen  
eandem

Cum nato, natus non tamen esse  
potest.

**Q** Vanquam ab utroq;, scilicet à  
patre & filio, spiritus san-  
ctus procedat: non tamē  
per hoc filius eorum, quasi patris &  
matris, dici potest. Hoc enim absur-  
dissimum esset, & à fidelium auri-  
bus alienum. Quamuis etiam tam  
filius

## DE S. TRINIT.

filii quàm spiritus sanctus à patre procedat, alio tamen modo. Nam filius procedit per modum nature, & ideo dicitur genitus & procedens. Omne enim quod generatur, procedit, & non e contra. Sed spiritus sanctus procedit per modum uoluntatis, sicut datus, non autem ut natus. Sic ergo procedens tantum dicitur, & non natus. Neq; tamen per hoc spiritus sanctus dici debet ingenitus, sicut nec genitus: quia nec est pater, nec filius.

### DIST. 14. Periocha.

Spiritum ab æterno pater ut cum pignore spirat,

Tempore sic placito mittere uterq; solet.

**G**emma est spiritus sancti processio, eterna scilicet, & temporalis: quarum prima ineffabiliter à patre & filio sine tēpore processit: secūda vero est, qua spiritus sanctus mittitur ad sanctificādam creaturam rationalem. Et hac quoque

que processione ab utroque procedit. Est autem illa processio seu missio gratiæ spiritus sancti collatio. Et hinc dominus discipulis bis dedit, scilicet post resurrectionem, quando in eos insufflauit, & post ascensionem in die Pentecostes, ad significandum duplicem dilectionem, scilicet dei & proximi, quam spiritus sanctus in nobis operatur. Datur autem spiritus sanctus personaliter cum suorum donorum distributione. Vnde nec ab aliqua creatura quantumcunque sancta, sed à solo deo, datur spiritus sanctus, nisi instrumentaliter, quia à nulla creatura procedit.

DIST. 15. Periocha.

Quando creaturam sacro aspiramine mundat,

Se dat muneribus spiritus ipse suis

Etiam à seipso datur spiritus sanctus. Nam ipse deus est & donum

Dat ergo, quia deus: & datur, quia donum: sicque dat seipsum, quia

opera

## DE S. TRINIT.

Opera trinitatis (cuius ipse est persona) exterius sunt indiuisa. Vnde quod vna facit, & alia facit. Nam & ipse filius seipsum in scripturis mittere dicitur. Qui etiam filius, licet semel tantum in carnem missus sit, in mentes tamen castas quotidie mittitur à tota Trinitate. Patri autem qualitercunque mundo appareat, tamen mitti non conuenit: quia ipse ab alio non procedit, sed est processions author & principium. Per quod tamen filius & spiritus sanctus, minores eo non sunt, sed eiusdem cum eo dignitatis & essentiae.

DIST. 16. Periocha.

Quo nos diligimus, flamen putat esse Magister

Hoc magis augeri, quo magis ardet homo.

**D**upliciter spiritus sanctus missus est, quo & creatura dupliciter sanctificatur, visibiliter scilicet, cum apparentia alicuius visibilis

bilis signi, & quandoq; cum effectu  
 interiori, sine visibili signo. Sicut  
 & filius dupliciter missus est, visibi-  
 liter, scilicet in carne assumpta, &  
 inuisibiliter in mentes castas. Fuit  
 ergo visibilis spiritus sancti mis-  
 sio, quædam ipsius apparentia vel  
 manifestatio in corporali creatura  
 tanquam in signo. Neq; tamen per  
 hoc quod mittitur spiritus sanctus,  
 minor est patre, qui non mittitur,  
 cum tamen filius secundum missio-  
 nem visibilem minor dicatur tota  
 trinitate. Filius enim assumpsit hu-  
 manitatem non solū vt in ea appa-  
 reret, sed etiam vt esset homo, non  
 autē sic spiritus sanctus columbam.  
 Tamē iuxta Hilarium pater maior  
 est filio sibi coessentiali, & hoc au-  
 thoritate geniture, non tamen per  
 hoc filius minor dici potest. Vnum  
 enim & idē esse q̄ habet, filio dedit

DIST. 17. Periocha.

Spiritus in varijs apparuit ante fi-  
 guris.

Imbu-

DE S. TRIN.

Imbuit & tacito pectora sacra modo.

**S**piritus sanctus (qui tertia in trinitate persona existens, à patre & filio ac seipso mittit & donatur fidelibus) est amor patris & filii, quo se inuicem amant & nos. Est etiam amor siue charitas, qua nos deum & proximum diligimus. Ita enim in nobis est, vt nos deum, & proximum diligere faciat. Hinc qui ipsam dilectionem diligit, deum diligit pro eo quod deus dilectio est, nec tamē deus sic dicitur charitas nostra, sicut spes & patiētia nostra. Hæc enim dicitur, nō quod ipse sit ista, sed quia sunt ab eo. Dicitur autem charitas nostra, quia ipse est charitas. Et hæc charitas quæ spiritus sanctus est, nec proficit nec deficit, quia deus est, sed homo in ea aliquādo proficit vel deficit, sicut & deus in nobis dicitur magnificari vel exaltari. Sic etiam dicitur alicui dari non quasi locum mutet, sed quia a-

lio

LIBER I.

hio modo in eo esse incipit. Quamuis etiam actus credendi & sperandi operatur, mediantibus virtutibus fide, & spe, actum tamen diligendi sine alicuius virtutis medio in nobis operatur, Hæc Magister. Sed notandum quod in hoc ultimo non tenetur, quia præter hæc doctores ponunt habitum charitatis, quo actus diligendi eliciatur, licet deus sit charitas nostra effectiue.

DIST. 18. Periocha.

Spiritus æterna donum est ab origine, quanquam temporis elapsu dicitur esse datus.

**A**lia ratione spiritus sanctus donum dicitur & datum. Nam esse donum, ipsi conuenit ex æterna sua processione ante omnem creaturam, sed datum vel donatum conuenit ipsi temporaliter, ab actuali scilicet datione, qui tamen ab æterno fuit donabilis. Neque vero per hoc filius donum dicitur, quod & ipse ab æterno

## DE S. TRINIT.

no dari potuit, quemadmodū spiritus sanctus, quia nō solum is procedit tanquam donabilis, sed etiā tanquam genitus. Sicut ergo filius æternaliter nascendo à patre accipit, quod sit filius, sic spiritus sanctus æternaliter procedendo accipit, quod sit spiritus sanctus. Hinc & secundū quod sempiternæ donū est, refertur ad patrem & filium, secundū uero quod datum, vel donatum est, refertur ad eum qui dedit, & ad eos quibus datur.

DIST. 19. periocha.

Perneget equales personas Arrius excors,

Quamlibet & cunctis perneget esse patrem.

**Æ** Quales sunt diuinæ persone, nec se inuicē excedūt in æternitate, potentia, uel magnitudine, quę licet diuersimodē sint nominatæ, sunt tamen eadem essentia. Hinc ex illa consubstantialitate una persona dicitur esse in alia.

Nulla

Nulla ergo est in diuinis personis  
essentialis diuersitas seu differētia  
scilicet nec partium integralium,  
nec subiectiuarum, nec materialium  
qualitercunq; . Nec ibi duæ perso-  
næ magis sunt, quā una, nec nume-  
ro differunt, quasi una sit aliquid a-  
liud ab alia: sed quia in computati-  
one à se inuicem discernuntur, vt  
pater dicatur unus pater, & filius  
duo, &c. hinc & omnes tres perso-  
næ non sunt maioris deitatis, sicut  
nec veritatis & magnitudinis, quā  
una, & una non minoris, quā om-  
nes, sed equalis sunt deitatis & ea-  
dem deitas. Ex quo & patet, quod  
etsi deus trinus est, non tamen tri-  
plex dici debet: quia ubi triplicitas,  
ibi duo plus quā unum, & tria  
plus quā duo sunt.

DIST. 20. periocha.

Nequaquam est alijs persona po-  
tentior vna,

Quod ratio perhibet, quod pia scri-  
pta docent,

Sunt

## DE S. TRIN.

**S**unt etiam æquales diuinæ personæ potentia, ita ut non maiorem potentiam habeat pater filio, nec duo uel tres maiorem, quàm unus. Quod ex uerbo Christi primum ostenditur, ubi dicit: Omnia quæ habet pater, mea sunt: ergo & omnipotentia. Nam si paternò generasset filium in potentia sibi æqualem, hoc esset aut quia nolisset, aut non potuisset: quod utrumque falsum est: quia sic aut inuidus aut impotens probaretur. Nam in humanis pater filium quantum potest, generat sibi æqualem: imò & meliorem & maiorem, si potest. Deo autem nihil esse potest maius aut melius. Vnde erit pater filio æqualis. Nec impedit quod pater filium genuit, quia filius nascendo eandem naturam ab eo accepit.

DIST. XI. periocha.

Esse deum, solum patrem non dicimus apte,

Sed

LIBER I.

126

Sed patrem, solum dicimus esse deum.

**V**erę sunt propositiones, in quibus dictio exclusiua, solus, ponitur cum termino personali, dicendo. Solus pater tātus est, quantum simul illi tres, &c. Per hoc enim non vna persona ab alia, sed proprietas relatiua vnius personę ab altera excluditur. Quod si dictio exclusiua de termino personali prædicetur respectu termini essentialis, vt si dicatur, solus pater est deus, vel pater est solus deus, secundum Magistrum, sicubi tales propositiones inueniantur, exponendę veniunt, nec verbis nostris sic loquendum est. Quod si etiam vna persona in scripturis exprimatür cū dictiōe exclusiua, alia persona nō expressa, hęc tamē semper cointelliguntur propter earundē cohærentiā.

DIST. 22. Periocha.

Nomina multa dei communia, propria quædam,

**C** Sunt

DE S. TRIN.

Sunt nonnulla tropis nomina clau-  
sa suis.

**I**N multiplici differentia inueniū-  
tur nomina de deo dicta. Nā sunt  
quædam quæ exprimunt propri-  
etates personales, & dicuntur noti-  
onalia, vt pater, filius, spiritus san-  
ctus, verbum, donum, generās, &c.  
Quædam verò exprimunt essentię  
vnitatem, vt deus, deitas, sapiētia,  
bonitas, æternitas, & huiusmodi.  
Quædam aut̄ transumptiuè de deo  
dicuntur, vt lux, splendor, speculū,  
& substantia. Quædam etiam deo  
solum ex tempore cōueniunt cum  
relatione quadā extrinseca, vt do-  
minus, creator, redemptor, salua-  
tor, & sic de alijs. Quædam verò ex  
tempore Deo conueniunt, nec re-  
latiuè dicuntur, vt humanatus, in-  
carnatus. Quoddam etiā est, quod  
dicitur non sigillatim, sed simul de  
omnibus personis, secundum quan-  
dam intrinsecam relationē, vt tri-  
nitas. Et hæc omnia reduci possunt  
ad

LIBER I.

ad duplex nomen. Nam omnia aut dicuntur relatiuè aut absolute, vt patet intuenti. Ea tamen quæ ad essentiam pertinentia absolute scilicet dicuntur, nõ dicuntur vel de singulis, vel de omnib9 in plurali, sed in singulari tantum. Non enim dicuntur pater, & filius, & spiritus sanctus di9, bonitates, vel huiusmodi, sed vnus deus, bonitas, &c.

DIST. 23. Periocha.

Commoda personæ vox est, si quæstio fiat,

Quo natura modo sit tribus vna dei.

**A**B eis quæ dicta sunt, scilicet, nomina secundum substantiam de Deo dicta, singulariter de personis dici & non pluraliter, excipitur hoc nomen personæ. Quod quidem substantialiter dicitur: absolute enim & non relatiuè prædicatur, & tamen pluraliter de omnibus simul dicitur, & non singulariter. Vera enim est hæc, pater &

C 2 filius

## DE S. TRIN.

filius & spiritus sanctus sunt tres personæ: non autem sunt vna persona. Sed hoc nomen à prædictis supra excipi oportuit, vt haberetur quo hæreticis responderi posset, cū instant quærentes quid tres in diuinis secundum scripturas dicamus. Respondendum est enim tres personas. Quod tamen magis dicitur ex penuria nominum, quibus hæc altissimæ res exprimentur, quam vocabuli propria significatione. Notandum autem quod in diuinis non est vtendum his vocabulis, nempe diuersus, singularis, vnicus & solitarius: per quæ scilicet importatur contrarium aut vnitatis essentia, aut pluralitatis personarum.

### DIST. 24. Periocha.

Nil ponunt, sed enim remouent auctore Magistro

Nomina, quæ numeros in deitate notant.

**P**er terminos numerales in diuinis, id est, per nomina pertinentia

27

tia ad pluralitatem, seu multitudi-  
nem ac distinctionē, potius aliquid  
remouetur, q̄ ponitur Magistri sen-  
tentia. Sicut per nomina ad vnita-  
tem essentię spectantia multiplici-  
tas eiusdem excluditur: vt per hoc  
quod dico, vnus deus, deorum ex-  
cluditur pluralitas. Per illa autem  
quę pluralitatem exprimunt, sin-  
gularitas & solitudo excluditur:  
vt per hoc q̄d dicitur, duę vel tres  
personę, excluditur, quod non sit  
vna tantum. Hęc tamen à doctori-  
bus non conceduntur, nisi intelli-  
gatur illa nomina sic remouere, vt  
etiam quippiam significant seu po-  
nant, Quod nec abnuunt authori-  
tates, quas Magister allegat.

DIST. 25. Periocha.

Naturam signat, signat vel hypo-  
stasin anceps

Nomen personę, propria siue no-  
tat.

Hoc nomen persona, tam in sin-  
gulari, q̄ in plurali essentiam

C 3 signi-

## DE S. TRIN.

significat. Quod quo ad primum, ex supradictis patet: quo ad secundum autem, ex eo quod dicendo tres personas, significamus id quod est commune patri & filio & spiritui sancto, quod utique est essentia. Hinc & quærentibus quid est essentia, responderi potest, tres personæ. Capitur tamen nomen personæ quandoque pro hypostasi vel substantia, & hoc iuxta prædicta, propter vocabulorum penuriam: ita cum dicimus, pater, & filius, & spiritus sanctus, sunt tres personæ, sensus est, id est, tres hypostases vel substantiæ. Denique & quandoque ponitur pro proprietate personali, sub eius tamen aliqua differentia, ut ex prædictis patet.

### DIST. 26. Periocha.

Personam perhibent distingui proprietate.

Prædicat externum non tamen illa genus.

Loquens

**L**oquentes de diuinarum perso-  
 narum proprietatibus, in pri-  
 mis cautos nos esse conuenit  
 de nomine hypostasis, propter hæ-  
 reticorum versutiam, qui eo vtebā-  
 tur pro persona simul & essentia, &  
 per hoc simplices capiebant: quod  
 tamen modo pro persona tantum  
 sine periculo accipitur. Est autem  
 proprietas personalis patris, gene-  
 rare: filij, generari: spiritus sancti, p-  
 cedere vel spirari. Quæ quidem pro-  
 prietates, relationes quædam sunt,  
 quibus personæ adinuicem relatæ  
 distinguuntur: & paternitas, filia-  
 tio, & processio, dicuntur. A quibus  
 & personarum nomina, scilicet pa-  
 ter & filius & spiritus sanctus, sumū-  
 tur. Neq; tamen, quia relatiua sunt,  
 accidentaliter dicuntur, quia in-  
 commutabiliter prædicantur. Di-  
 citur autem solus filius in diuinis  
 proprie filius DEI, homines au-  
 tem per adoptionem tantum filij  
 Dei dicuntur. Sicut & hoc intelle-

DE S. TRIN.

Et esse donū, est spiritus sancti propriū, quo & ipse ad alias personas refertur. Quamuis etiā omnes cōmuniter personæ nomine spiritus sancti sumpto essentialiter nominari possunt, tertiæ tamen personæ id appropriatur sumptum relatiuè & per hæc nomina. s. donum & spiritus sanctus, ipsius intelligitur relatio, cui nomen non est impositum.

DIST. 27. Periocha.

Vni personæ si multa vocabula dētur,

Res eadē multis fit manifesta modis.

**E**adem est patris proprietates, quæ his significatur nominibus: pater, paternitas, generatio actiua. Et filij, quæ significatur nominibus his, quæ sunt, filius, filiatio, generatio passiuā. Et spiritus sancti per hæc, quæ sunt, spiritus sanctus, spiratio passiuā, & procedere ab vtrisque. Significantur tamen hæc proprietates per ista nomina diuersis  
ra-

LIBER I.

ràtionibus. Nominib. enim personarum (quæ sunt, pater, filius, spiritus sanctus) significantur non tantum proprietates, sed etiam hypostasēs: nominibus autem proprietatum, ut sunt paternitas & filiatio, &c. significantur ipsæ proprietates secundum se, vel actus ipsarum proprietatum, ut generare, nasci vel generari. Sunt autem & nomina quæ proprie filio conveniunt, & personale eius proprietatem præcise exprimunt, quæ non substantialiter, sed respectivè de eo, respectu patris dicuntur, qualia sunt genitus, verbum, imago. Dicitur enim genitus genitoris genitus, & sic de alijs. Essentialia etiam quandoque ponuntur pro personis, ut Deus de Deo, Deus genuit Deum, lumen de lumine, sed non est converso. Non enim dicimus, verbum de verbo, vel filius de filio, &c.

DIST. 28. Periocha.

Et pater ingenuitus cognomine dicitur apto,

C 5 Dic

DE S. TRIN.

Dicitur & natus solus, imago patris.

**P**Ræter eas proprietates quæ supra dictæ sunt personales, vt est paternitas & huiusmodi, sunt adhuc quædam aliæ, de quib. est nomen ingenitus, quod ad patrē spectat, & tamen aliam, quàm hoc nomen paternitas, proprietatem importat. Nō enim de ratione patris est esse ingenitum, cum absque hoc aliquis esse possit pater. Est autem sensus alius illarum propositionū, patrem esse, & filium esse, quia hoc idem est. Vna enim est essentia diuina, qua vterque est. Et illarum, esse patrem, & esse filium, transpositis scilicet terminis. Non enim est eadem proprietas qua ille est pater & alter filius, vt patet. Notandum quoque quod nomen imago relatiuè quandoque sumitur, & tunc soli filio conuenit. Sumitur autem & quandoque essentialiter pro tota Trinitate, ad cuius scilicet  
ima

Imaginem homo dicitur creatus,

DIST. 29. Periocha.

Omnes principium personas dicimus vnum.

Principium, natum dicimus atque patrem.

**H**oc nomen principium, in diuinis dicitur ad aliquid, & multiplicem notat relationem. Conuenit enim toti trinitati & singulis personis. Est namq; pater principium totius diuinitatis, quia principium filij & spiritus sancti, & sic est principium sine principio. Spiritus sanctus autem est principium creaturæ, & principium de vtroque.

Estq; tota Trinitas totius creature vnum principium, & hoc ex tempore. Quamuis autem & vna persona sit alterius principium, vt iam dictum est, hoc tamen non est ex tempore, & essentialiter, sed notionaliter. Sunt autem & vnum principium spiritus sancti pater, & filius: & hoc vna quidem notione,

DE S. TRIN.

quamuis hæc, vt Magister dicit, nõ  
habeat nomen impositum, quæ ta-  
men hodie à doctõribus dicitur cõ-  
munis spiratio.

DIST. 30. Periocha.

Sit dominus rerum quamuis in tẽ-  
pore factus,  
Non demutatum dicimus esse de-  
um.

**A**Liqua sunt relatiua quę de deo  
ex tempore dicuntur, sine ta-  
men sui mutatione. Vnde nec  
per hoc ei aliquid accidit, sed rei tẽ-  
porali: qualia sunt, creator, domi-  
nus, refugium, donatũ, & huiusmo-  
di. Tunc enim cœpit hoc modo de-  
us esse creator, quando cœpit esse  
ipsa creatura: & sic similiter de a-  
lĩs. De tẽpore tamen dicitur, quod  
deus nõ cœpit esse dominus tps in  
tẽpore, sed cũ tẽpore, eo qd tẽp9 in  
tẽpore esse nõ cœperit. Est ergo ta-  
lis relatio realiter solum in creatu-  
ris, in deo autem solum eius appel-  
latio seu secundum rationem. Fit  
enim

LIBER I.

132

enim hoc, vt dictum est, sine ipsius  
mutatiōe sicut in simili nūmus sine  
mutatione sui fit precium. Hic &  
patet quomodo spiritus sanctus pu-  
ris mentibus sine sui mutatione cō-  
fertur.

DIST. 31. Periocha.

Natura æqualis, non proprietate,  
parenti

Filius, ac vnū, non tamē vnus erit.

¶ Illa nomina æquale & simile in di-  
uinis relationem quidem dicunt,  
sed ea est solum relatio rationis.

Nihil enim est sibi ipsi æquale, sicut  
nec simile, & tamen personarum æ-  
qualitas est secundū essentiam. Ae-  
qualitas ergo in diuinis nihil aliud  
est, quā identitas virtutis diuina-  
rum personarū, estq; relatio secun-  
dum nomen seu rationis tantum.  
Et idem dicendum de hac voce si-  
mile. Quapropter & aliqui dicere  
volebant, quod illa nomina in di-  
uinis nihil ponerent, quod & Ma-  
gister approbare videtur. Sed hoc

C 7 non

DE S. TRIN.

non tenetur. Affirmatur autem in diuinis secundum appropriationē de patre vnitas & eternitas, quia illa pertinet ad principium, qui & in nascibilis dicitur. De filio autem imago, species & pulchritudo, & æqualitas, ob perfectam patris representationem. De spiritu sancto, amorū nexus & charitas, munus quoque & vsus: quia per ipsum & ab ipso omnia nobis donantur. Quia verò neutrum genus ad essentiam refertur, masculinum verò ad personam seu hypostasin, ideo pater & filius & spiritus sanctus dicuntur quidem vnum, non autem vnus, nisi cum additione: vt vnus deus, vel huiusmodi.

DIST. 32. Periocha.

Quamuis se genitor spiramine diligat almo,  
Attamen is genito, non sapiente, sapit.

**P**ater & filius in diuinis diligunt se spiritu sancto, & hoc, capiēdo dili-

32  
LIBER I.

133

diligere notionaliter, vt ponitur  
pro communi spiratione, differen-  
te scilicet ab essentia secundum ra-  
tionem. Non autem est conceden-  
da illa propositio, Pater sapit sapi-  
entia genita, seu per eam scientiã  
quam genuit: ne filius qui est sapiẽ-  
tia genita, videatur esse causa sapi-  
entia in patre. At dum queritur, an  
filius sapiens sit scientia ingenita,  
concedi debet, eo quod ipse eadem  
scientia sapiens est qua pater. Est  
enim sensus quod filius est de sapiẽ-  
tia ingenita. Conceditur etiam à  
quibusdam illa, filius sapiens est sa-  
pientia genita, vel seipso, quod idẽ  
est, non tamen à seipso. Est autem  
vna eademq; scientia patris inge-  
nita & genita secundum rem, secun-  
dum rationem tamen differens. Hoc  
enim additum, patris, facit sapien-  
tam stare pro personis. Si vero ab-  
solutè ponitur, stat pro essentia, si-  
cut & de dilectione est considerare.  
Vnde & sicut in deitate est dilectio,  
quę

DE S. TRIN.

quæ est pater & filius & spiritus sanctus, scilicet ipsa diuina essentia, & tamen spiritus sanctus est dilectio, quæ non est pater nec filius, nec tamen per hoc sunt duæ dilectiones, sed vna tantum: sic est & suo modo de sapientia. Denique & diligere si capiatur essentialiter, & idem est quod esse, tunc pater non diligit spiritu sancto, sed bene, si capiatur notionaliter pro passiva spiratione. Tunc enim, & si idem sit quod diuina essentia secundum rem, non tamen secundum modum significandi. Secus tamen est hic de sapere, quod semper essentialiter capitur.

DIST. 33. Periocha.

Vni personæ quod conuenit, omnibus apta  
Conueniet, modo ni dempta relata fient.

**D**iuinarum personarum proprietates sunt ipsæ personæ, sicut & diuina essentia: vt paternitas est pater, & est diuina essentia: sic

33  
LIBER I.

134

sic & filiatio filius, & processio spiritus sanctus. Nulla enim in diuinis potest esse diuersitas, nec compositio, sed ob diuinæ naturæ simplicitatem, deus est quicquid habet, vbi non repugnat relatiua oppositio. Fuerunt autem aliqui qui hoc negantes, dixerunt ipsas proprietates non esse personas, sed quasi extrinsecus affixas, quasi si proprietates sint personæ, ideo eæ non distinguantur. Sed hoc non sequitur. Nam & seipsa res distingui potest seu determinari. Addunt autem dicentes, si proprietates sunt diuina essentia, ergo in eis personæ conueniunt, sicut & in essentia, vbi non attendunt repugnare relatiuam oppositionem. Plenum tamē horum intellectum nemo mortaliū habere potest, sed scādum est in his veritati fidei. Neque etiam sequitur, paternitas est in essentia, ergo essentia generat, vt ipsi volebant. Non enim est ibi determinādo, vel distinguendo eā,  
sicut

DE S. TRIN.

sicut est in persona, cuius est generare.

DIST. 34. Periocha.

Personis eadem fuerit natura, tamen

Est personarum candidus ordo trium.

**P**er hoc quod in diuinis persona est idem cum essentia, non est eadem res quæ generat & generatur, vt hæretici volebant: quia & si generans & generatum in substantia conueniant, non tamen in personalitate: quia persona & essentia secundum rationem differunt. Et si etiam vnus deus dicatur tres personæ, sitq; vna essentia trium personarum, & tres personæ vnus essentiæ, nõ tamen potest sanè dici vnus deus trium personarum, vel tres personæ vnus dei. Per hoc enim significaretur deus in aliqua habitudine principij respectu personarum, quod non valet. Neq; simile est de essentia, quia hæc vox, deus, significat

cat in ratiōe principij effectiui, nō  
 autem essentia. Quod autem patri  
 attribuitur potentia, filio sapien-  
 tia, & spiritui sancto bonitas, quam-  
 uis omnes eadē potentia sint & sa-  
 pientia & bonitas: hoc fit, ne pater  
 impotens putetur, & filius infipiēs  
 & spiritus sanctus tumidus, vt in hu-  
 manis seu creaturis esse consuevit.  
 De nomine etiam, homoufios, no-  
 tandum quod ad tēpus propter hæ-  
 reticos abolitum, patefacta ipsius  
 significatione, in cōsuetudinem lo-  
 cutionis est resumptum, valetq; i-  
 dē quod est, vnius & eiusdem substā-  
 tiæ. Nomina vero trāslatiuē de deo  
 dicta, vt splendor, speculum, & hu-  
 iusmodi, intelligi debent secūdam  
 rationem translationis & similitu-  
 dinis eorum.

DIST. 35. Periocha.

Nomina multa, dei tenet vna scien-  
 tia, rerum,  
 Quod splendens varijs efficit ordo  
 modis.

Sciens-

DE S. TRIN.

**S**cientia dei siue sapientia, quam  
suis simplex sit, & vna, ppter va-  
rios tamen rerum status & effe-  
ctus multa sortiuntur nomina, vt  
scilicet iam dicatur p̄sciētia, pro-  
ut scilicet est de futuris & omnib.  
tam bonis quā malis: iam disposi-  
tio, in quātum est de faciendis: iam  
prædestinatio, vt est de saluandis,  
iam prouidentia, in quātum est gu-  
bernandorum: quæ & pro disposi-  
tione accipitur, licet interdum &  
pro p̄sciētia accipiatur. Sapien-  
tia verò vel sciētia est de omnibus,  
tam bonis quā malis, præsentib.  
& præteritis, temporalibus & eter-  
nis. Si autem nulla futura fuissent,  
licet tolleretur p̄sciētia, disposi-  
tio vel prædestinatio quò ad respe-  
ctum & antecessionem, quam ad fu-  
tura important, non tamen quò ad  
essentiam, quæ tali respectui subij-  
citur. Intuetur autē deus omne fu-  
turum, vt sibi præsens, eò quòd om-  
nia tam præterita q̄ futura, sicut &  
præ

præsentia ab æterno in dei fuerunt  
scientia.

DIST. 36. Periocha.

Nouit multa deus, quæ essentiæ in  
esse negantur,

Nouit non eodem, quo bona, pra-  
ua modo.

**O**Mnia à deo cognita sunt qui-  
dem in eius scientia, non ta-  
men illa omnia dici debent ef-  
se in ipsius essentia. Multa em̄ scit,  
quæ essentia eius non sunt. Deus  
etiam aliquo modo cognoscit bo-  
na, quo non cognoscit mala, quæ sci-  
licet in eo esse non possunt, cum il-  
la solum in eo esse dicantur, ad quæ  
in ratione principij ipse se habet,  
qualia non sunt mala, quæ nec ipse  
approbat. Deniq; & si omnia quæ  
sunt de deo, possunt dici ex ipso, nõ  
tamen econuerso omnia quæ ex i-  
pso sunt, de ipso dici possunt, ut pa-  
tet de creaturis: quæ quidem ex i-  
pso sunt, quia ab eo factæ: non aut̄  
de ipso, quia non de sua substantia.

Distin

DE S. TRIN.

DIST. 37. Periocha.

Solus ubiq; deus nullo discrimine  
rerum

Mutatur, nullo tempore siue loco.

**I**N omnibus generaliter rebus de  
us est presentialiter, potentiali-  
ter & essentialiter, sine tamen sui  
definitione, est & in omni loco si-  
ne circumscriptione. in omni etiã  
tempore sine mutabilitate. Insuper  
est in sanctis specialiter, & excellẽ-  
tius, scilicet per gratiam suam. Ex-  
cellentissimè autem est in homi-  
ne Christo, in quo plenitudo diuĩ-  
nitatis corporaliter inhabitat. Est  
ergo ubiq; per essentiam, sed in so-  
lis bonis habitat per gratiam. Pri-  
usquam autẽ res aut sancti essent,  
deus qui nullius eget, æquè ut mo-  
dò in se habitauit. Neq; tamen per  
hoc, qd deus præsens est in rebus  
etiam immundis maculatur: sicut  
nec spiritus humanus à corpore le-  
proso, nec à rebus foedis radius so-  
laris. Et quãuis deus est ubiq; & in  
omni

omni tempore, non tamen tempo-  
ralis est, nec localis: quia nec subest  
motui, nec loco terminat, nec cir-  
cumscribitur. Spiritus autem crea-  
tus loco quidem terminatur, non  
autem circumscribitur: qui & per  
tempus mouetur secundum affe-  
ctiones temporis subiacentes, non  
autem deus. Qui & sine sui mutati-  
one de nouo incipit, uel desi-  
nit esse in creatura mo-  
do prædicto.

DIST. 38 Periocha.

Quamuis non possit diuina scien-  
tia falli,  
Libera contingunt multa futura  
tamen.

Causa rerum est dei præscientia,  
ita ut res futuræ non fierent,  
nisi eas deus præsciret, utq; im-  
possibile sit eas non euenire, dum  
deus eas præsciuit. nec tamen per  
hoc sequitur, quod ipse sit causa  
malo-

## DE S. TRIN.

malorum, eo quod mala ab eo scita sunt. Non enim noscitur mala nisi notitia simplicis intelligentiæ, per quam notitiam non est causa rerum. Nisi fortè sic dicatur causa malorum, si nequa non. Nam sine eo mala non essent, licet ipse nec uelit, nec approbet ea, sed tantum bona. Stat autem & cum dei certissima præscientia contingentia futurorum, ita ut non consequatur, Deus ea certè præsciuit, & eius præscientia falli nõ potest, ergo necessario eueniunt. Contingentia enim futura secundum se contingentia sunt, licet certum sit ea euenire, quantum ad dei præscientiam spectat. Vnde propositiones illæ, & similes, impossibile est non euenire quod deus præsciuit, possibile est non euenire futurum à deo præscitum, coniunctim in sensu composito falsæ sunt, in sensu autem diuiso veræ. Tunc enim simul stat, ea à deo præscita, & tamen in se fore contingentia.

Distin-

## LIBER I

## DIST. 39. Periocha.

Vna manet semper diuina scientia,  
quando  
Illam augere nihil nec minuisse potest.

**E**T si aliquid cadere possit sub scientiam dei, quod ante subiectum non fuit, aut etiam definire possit subiectum esse, id quod ante subiectum fuit, tamen ipsa dei scientia per hoc non mutatur, sed omnino manet immutabilis, propterea quod haec est eius sapientia, & illa sua essentia. Quapropter nec augeri potest, nec minui, Immo & absque sui mutatione, deus scire aliquid potest, quod nescit, & uelle aliquid, quod non uult, maxime si propositiones illae diuisim intelligantur. Sic enim designant, deum habere libertatem, & potestatem omnia sciendi vel non sciendi, sicut ab aeterno habuit. Et id quidem de scientia approbationis recte dicitur. Hinc fit, ut & plura scire quam scit, & contra pauciora  
D quam

DE S. TRIN.

quàm scit, sine sui mutatione scire deus possit. Prouidentia quoq; dei omnes creaturæ simul gubernantur, quamuis non omnibus æqualiter, sed suo quodam modo cuiilibet prouideat.

DIST. 40. Periocha.

Saluus erit, quemcunq; deus prædestinat, idem

Quem reprobat, Stygias tristis adibit aquas.

**P**Rædestinatio (quæ præscientiã secundum intellectum præsupponit) est & gratiæ in presenti, & gloriæ in futuro preparatio quædam. Ipsa enim solum respectu saluandorum dicitur, cū præscientia etiam ad damnandos se extendat. Est autem certus prædestinatorũ numerus, eo quod nemo nec damnandus saluari, nec saluandus damnari potest. Quo fit, ut illæ propositiones, præscitus potest saluari, & prædestinatus potest condemnari, in sensu composito falsæ sint, licet in

## LIBER I.

cet in sensu diuiso cōcedantur. Neque etiā prædestinatus, esse potest non prædestinatus, nisi secundum distinctionem datam. Nam cōiunctim hæ & similes falsæ sunt, diuisim autē ueræ. Prædestinatus enim in quantum talis est, nunquam potest damnari, Siquidem aliàs scientia dei mutabilis esset, & prædestinatio incerta, cuius effectus est saluatio, perinde vt effectus reprobationis, damnatio.

DIST. 41. periocha.

Non deus ex meritis quenquā prædestinat, etsi

Peccatis reprobis sordeat ipse suis.

**O**bdurationis quidem (quæ est gratiæ diuinæ seu subtractio, seu non collatio quædam) meritum aliquod est, scilicet obdurti præcedens peccatum. Verum nec reprobationis, quæ æterna est, nec prædestinationis, quæ uel ad æternam dei electionem, uel ad tempo-

D 2 ralem

## DE S. TRINIT.

ralem ipsius gratiæ collationē per-  
tinet, aliqua causa esse potest, saltē  
ex parte eius qui reprobatur, aut  
prædestinatur, quia primam grati-  
am nullus meretur. Nam aliàs gra-  
tia non diceretur, quæ scilicet gra-  
tis datur. Ita nec propter merita,  
nec propter demerita futura deus  
hunc eligit, & hūc reprobat, sed iu-  
xta suæ beneplacitum voluntatis  
hīc liberè agit. Neq; verò dei re-  
probatio est causa peccati, (sicut ta-  
mē eius prædestinatio est causa bo-  
ni) cum peccanti liberum dederit  
arbitrium. Quamuis autem præsci-  
entia dei quæ est respectu futuro-  
rū, minui possit, futuris scilicet in  
præsens, vel præteritum transeun-  
tibus: non tamen minui potest e-  
ius scientia, quippe quæ est omni-  
um præteritorum, sicut & futuro-  
rum & præsentium.

**DISTINCT. 42. Periocha.**  
Sola dei nullo constricta potentia  
sine est,

Quic-

LIBER I.

Quicquid enim esse potest, hoc facere ipse potest.

**O**mnipotens dicitur deus, non ideo, quia potest omnia ea quæ vult, sed quia potest omnia, quæ fieri possunt, & quæ sub agendi cadunt potestatem. Nam ad omnipotentiam non sufficit, posse omnia quæ quis velit : alioquin enim & quilibet beatus, omnipotens dici posset. Nec valet si dicatur, ipse non potest ambulare, aut loqui, & sic de alijs, ergo non potest omnia. Potens enim si non per se, (quia ipsi id non competit) tamen per nos, quippe cum in nobis ea faciat. Sic nec valet, non potest mentiri, fallere, decipi, aut peccare, ergo non potest omnia. Talia enim facere, non est potentiam cuiusquam, sed potius infirmitatis argumentum. Quod autem quedam auctoritates dicunt, eum ideo omnipotentem dici, quia potest omnia quæ vult, hæc sic intelligendæ sunt, ut dicamus, dei voluntas impediri

DE S. TRINIT.

non potest. Filius quoque sicut & spiritus sanctus, dicitur omnipotens, licet non à se, quia uterque est ab altero: tamen per se, quia eandem naturalem potentiam habet, quæ & pater.

DIST. 43. Periocha.

Si dimissa deus faceret, dimitteret acta,

Iniustum posset dicere nemo tamen.

**E**rrauerunt, & defecerunt in seruitutino suo, qui potentiam dei infinitam, ad mensuram coartare volentes, dixerunt deum nec amplius, nec aliud, nec melius quicquam posse facere, quam id quod fecit, nec id quod facit, omnino posse omittere. Ac rationes quidem quas adducunt, insufficientes sunt. Nam quod arguunt à ratione boni & iusti, quod deus nihil nisi tale, facere possit, si referatur ad præsens tempus, nihil quidem id impedit. Nam si deus alia faceret, atque etiam meliora, similiter & bona ea & iusta essent: quamuis si ad omne tempus spectes,

etes,

40.  
LIBER I.

141

Etres, nihil facere possit, nisi q̄d & bonum & iustum est. Quod etiam arguunt, deum nihil facere, nisi q̄d debet, & omne id quod debet, facere, non ualet, quia uerbum debiti in diuinis locum non habet.

Quod etiã à rationabili arguunt, scilicet omne quod deus facit, esse rationabile, dicimus etiam alia rationabilia fore, si ea faceret. De præscientia uero quod dicunt, supra explicatum est. Quamuis etiam idem sint in deo uoluntas & potentia, tamen potentie plura subsunt, quàm uoluntati. Ex quo efficitur, deum plura posse facere, quæ non uult, nec facit. Potest enim omnia possibilis, & ea quæ non implicat contradictionẽ. Et cum omnes possit iustificare, certè nequaquã istud uti constat, etiam facit. Similis est ratio, qua & omittere potest ea,

Dist. 44. periocha. (quæ facit. Longe aliter potuit, poteritq̄ potestq̄ creare,

D 4 Opti

DE S. TRIN.

Optima quantumuis, cuncta crea-  
ta deus.

**R**erum vniuersitatem deus me-  
liorem facere potest, quàm fe-  
cit. Nam nisi hoc posset, creatu-  
ra aut esset summe bona, & sic crea-  
tori æqualis, quod est impossibile:  
aut deus ei maioris bonitatis capa-  
citatem conferre non posset, quod  
similiter falsum est. Nec obstat, q̄ si  
bi filium æqualem genuit, quia ille  
est de patris substãtia, creatura au-  
tem de nihilo. Hęc tamen intelligē-  
da sunt ex parte rerum. Dei enim  
sapiētia qua facit, melior se ipsa es-  
se non potest, sed id tãtum de crea-  
tura dicitur. Non est ergo limitata  
diuina potentia nunc magis, quàm  
vnquàm antè, ad id faciendum q̄d  
vult, licet non eodem modo res ad  
eadem se habeant, vt patet in eo,  
quod in præteritum transit. Atque  
sic & de volūtate, & de scientia suo  
modo dicendum est.

DIST. 45. Periocha.

Quæ

41  
LIBER I.

142

Quæ vel sunt, vel erant, vel quon-  
dam facta fuere,  
Cunctorum ratio est vnica, velle  
dei.

**E** Tñ quidem dei voluntas idem  
reuera est quod sua essentia : quæ  
tamen ratione ab ea differt, si-  
cut & sciētia, fit, vt aliqua quidem  
voluntati dei attribuantur, quæ nõ  
attribuuntur eius essentiæ. Non e-  
nim deus est omnia, qui tamē vult  
omnia. Est autem diuina voluntas  
caussa vniuersalis omnium, & quæ  
naturaliter, & quæ mirabiliter fiūt.  
Cumq; ipsa sit causa prima, ipseus  
non est quærenda alia causa, alio-  
quin enim ipsa non esset simplici-  
ter prima. Porro cum multiplici-  
ter quidē dei voluntas dicat, quan-  
doque accipitur proprie secundum  
quod idem cum diuina essentia va-  
let, & illa dicitur volūtas benepla-  
citi: quandoq; vero alio quodā mo-  
do vsurpatur, & illa dicitur volun-  
tas signi, quæ in hoc differūt, quod

D 5

illa

DE S. TRIN.

Illa est æterna, ista temporalis: hæc  
semper impletur, ista uero minime.  
Huc referenda est præceptio, prohi-  
bitio, consilium, permissio & ope-  
ratio, quæ dicuntur voluntas Dei,  
quia sunt eius signa, non quasi hæc  
omnia fieri velit, sed quia ad modum  
volentis se habet.

DIST. 46. Periocha.

Vult mala simpliciter nunquam de-  
us ipse, tametsi (gantur, obest.  
Quo minus, haud quam semper a-  
Semper impletur voluntas Dei  
Sbeneplaciti, quæ scilicet facit, quæ-  
cunq; vult & in celo, & in terra.  
Nec obstat quod dicitur, vult omnes  
homines saluos fieri, cum tamen non  
omnes saluentur. Nam id sic intelli-  
gi poterit, ut omnes, qui salui sunt,  
non nisi voluntate eius saluos fieri  
dicamus: perinde ut in simili dicitur,  
illuminat omnem hominem ven-  
ientem in hunc mundum, id est, om-  
nem eum qui illuminatur. Quanquam  
alii secus superiorē sententiam ex-  
ponunt

## LIBER I.

ponūt. Nō etiā concedendū est, deū  
 velle mala fieri. Nā tū iniquus esset,  
 & q̄dā modo malorū autor: Nec eti  
 am vult nō fieri mala, q̄a sic contra  
 omnipotentē eius voluntatē mala  
 nunq̄ fierēt. Sed magis dicendū est,  
 q̄ non vult ea fieri, q̄a solū pmittit.  
 Vnde cū p̄ter eius volūtātē mala e-  
 ueniāt, nec volēte eo, nec nolēte fie  
 ri existimandū est, vt ne sic qdē vo-  
 lūtati eius resistat. Neq; fieri malū,  
 bonū est simpliciter, sed in quātum  
 ex malis possunt elici bona. Nam &  
 bonū aliq̄d est ex se, & ei cui fit, sed  
 nō faciēti. Et est aliq̄d bonū ex se, &  
 faciēti, sed nō cui fit. Et est aliq̄d bo  
 nū p̄ se, & faciēti & cui fit. Pręterea  
 est aliq̄d qd nec in se bonū est, & fa-  
 ciēti nocet: & tamē ad vniuersi va-  
 let decorē à deo ordinatū. Quū di-  
 cit, mala fieri verū est, sed oē verū  
 est à deo, ergo &c. hoc ita intelligē  
 dū est, vt veritas qdē huius dicti à  
 deo esse nō res ipsa q̄ dicit, id est ma  
 lū à deo esse dicat. Veruntamē nullū

DE S. TRIN.

malum fit, nisi à deo (vt dictum est) permittatur.

Distinct. 27. Periocha.

Haud vlla in re vnquam frustra est diuina voluntas,

Quanquã sunt vulgo pessima mi-  
sta bonis.

**E**st aut & semper fuit efficax di-  
uina voluntas, nihilq; cõtra eã  
(quamuis aliquid præter eam)  
fieri potest. Ita semper ea impletur,  
& hoc fit aut à creatura, dum bene  
ea facit, aut de creatura, dñ ipse de  
malè faciẽte ordinat vt vult. Quod  
autem præter dei voluntatem ali-  
quid fieri posse dicimus, cum tamẽ  
ei nihil resistere valeat, id intelli-  
gendum est, quantum ad ipsius per-  
missionẽ attinet, id quod fit, dum  
etiam cõtra eius præcepta, vel pro-  
hibitiones quippiam instituitur.  
Hinc obsequuntur diuinæ volunta-  
ti etiam mali: quia resistentes vo-  
luntati eius, quæ præceptum, vel  
prohibitio dicitur, ea faciunt, vnde

VO-

43  
LIBER I.

144

voluntas eius quæ ipse est, semper  
inuiicta permaneat. Neq; etiã deus  
omnia quæ præcepit vel prohibuit,  
ita fieri absolutè voluit, sed in ple-  
risq; ad modum nolētis se habuit,  
vt patet in præcepto de immolan-  
do Isaac, & de curatis leprosis, & de  
alijs plerisq; generis eiusdem.

DIST. 48. Periocha.

Velle dei & nostrum quanto discri-  
mine distent,

Quàm varijsq; cupi res queat vnã  
modis.

Inter voluntatem dei & hominis  
tantum interest, vt contingat  
quandoq; aliquem mala volun-  
tate velle id, quod deus bene vult,  
vt si filius malus patrem mori ve-  
lit, quem & deus mori vult. Et con-  
tra quandoq; eueniat, vt quis bona  
voluntate velit id, quod deus non  
vult, vt si bonus filius patrem ve-  
lit viuere, quæ deus vult mori. Quo  
fit, vt bona volūtas nostra nō sem-  
per conformetur voluntati dei in

D 7

ijs re

DE RERVM CREA,  
iis reb. quæ volūtati subiectę sunt.  
Cōtingit verò quādoq; vt & dei vo-  
luntas per malam hominis volun-  
tatem impleatur, vt in crucifixiōe  
domini Iesu patet, non quidē quasi  
actum Iudæorum malum deus vo-  
luerit, sed quia Christi passiōē bo-  
nam expetiuit. Atq; hoc modo etiā  
viris bonis dominica passio, intui-  
tu voluntatis dei, & nostri redem-  
ptionis placuit, etsi nō intuitu cru-  
ciatus sui, sicq; de eodem (sed nō ob  
idem) lætabantur & tristabantur.  
Sanctorum autem passiones confi-  
militer & ipsæ bona voluntate &  
mala appeti potuerunt. Verūm hoc  
inter istorum & Christi passionem  
interest, q̄ nō vt Christi, sic & isto-  
rum passio est nostrę salutis causa.  
Hanc verò salutem Christus nobis  
concedere dignetur, is qui cum pa-  
tre & spiritu sancto viuit & regnat  
deus per omnia secula seculorum.

Libri primi finis.

Compendium memoriale Libri  
secundi Sententiarum.

- |   |  |
|---|--|
| Distinct. 1   | 2  |
| f. deus in principio<br>cœlum & terrã ex nihilo.          | f. simul creavit cū<br>cœlo empyreo & materia.             |
| Creavit   | angelos  |
| 3   | 4  |
| f. sunt angeli, & personaliter di<br>stincti in essentia. | f. creavit angelos non miseros, non<br>beatos.             |
| difformes   | perfectos  |
| 5   | 6  |
| gratia data est bonis angelis co<br>operans.              | f. inter omnes an<br>gelos cecidit, sci<br>licet, Lucifer. |
| reformans   | Maior  |
| 7   | 8  |
| f. diabolus volũ<br>tate obstinata.                       | f. proprio nõ sunt<br>vestiti angeli.                      |
| malefacit   | corpore.   |
| 9   | 10   |
| f. sunt chori<br>angelorum,<br>nouem                      | f. oēs angeli Deo<br>& hominibus<br>ministrant<br>f. an-   |

II

f. angeli boni  
homines.  
Custodiunt

13

f. facta est  
prima die.  
Lux

15

f. factus est sexta  
die post omnia.  
& homo.

17

f. deus Adam in  
paradisum tet  
restrem.  
locat

19

f. fuit factus pri-  
mus hō qdāmo  
do & imortalis.  
mortalis

21

12

i. materiam infor-  
mem fecit deus in  
principio.  
terram

14

f. fecit deus in me-  
dio a quarum. 2. die  
firmamentū

16

f. & similitudinem  
suā posuit deus in  
homine et angelo  
Imaginem

18

Formatio facta est  
de costa Adæ dor-  
miētis in paradiso  
Euæ

20

f. fuisset natus in  
statu innocentiaē  
sine corruptione  
& pruritu.  
puer

22

f. dia-

**s. diabolus primū**  
**hominē in specie s. Euam principi-**  
**serpentis ex sup- pali peccato in**  
**bia & inuidia. obediētiæ.**

**Tentat peccantem**

23 24

**s. Adā plenū tri- s. habens arbitri-**  
**plici cognitiōe. um.**

**scientem liberum**

25 26

**s. gaudet nō solū**  
**hō, sed & deus s. duplex est ope-**  
**& angelus. rans & cooperans**

**libertate Gratiaq;**

27 28

**s. numeratur in- Pelagij opinio hæ-**  
**ter magna bona retica de virtute**  
**& quid sit. liberi arbitrij.**

**virtus monachi**

29 30

**s. fuerunt nostri s. peccatum primi**  
**parentes gratia hominis in oēs ho-**  
**& virtutibus, hoies pœnaliter &**  
**culpabiliter.**

**spoliati transit**

31 32

s. te-

f. tenet fides ani-  
mam à deo non  
ex traduce.

Infusam

33

f. est status  
puerorum  
decedentium  
in originali.

pœnalis

35

f. diffinitio  
est multi-  
plex.

peccati

37

f. omnium  
bonorum  
est deus.

author

39

f. volūtatis inordi-  
natum malum nō  
aliarum potenti-  
arum.

f. baptismus ani-  
mam à peccato  
originali.

purgat

34

f. mali est bonū  
id est, bona na-  
tura.

origo

36

f. deus vnum  
peccatum per  
aliud.

iuste punit

38

i. ex fine est  
voluntas  
bona vel  
mala.

finalem

40

malo iudicatur  
omnis actus ex  
terior malo, nō  
sic de bono.

actum

actum

41

s. non in o-  
mni actu  
peccant.

infideles

43

blasphemie est  
sceleratissimū  
genus peccati.

spiritus

ex fine

42

homines volun-  
tate & operatio-  
ne tāquam vno  
peccato.

peccant

44

s. & potentia pec-  
candi vtitur ho-  
mo quam habet à  
se vel à diabolo.

potestate

## LIBER SEN-

### TIARVM SECUNDVS,

qui de rerum creatione agit,  
continet distinctiones 44.

DIST. I. Periocha.

Prodiit ex vno rerum natura crea-  
ta,

Id tamen antè sophis nō placuisse  
ferunt.

Omniū

## DE RERVM CREA.

Omnium rerum, visibilium  
scilicet & invisibilium, de-  
um esse creatorem, & eas  
in temporum principio creasse, scri-  
ptura sacra in sui ostendit primor-  
dio, elidens per hoc errores Plato-  
nis & Aristotelis: quorum alter de-  
um non creatorem, sed quasi opifi-  
cem rerum esse posuit, supponens  
scilicet materiã in opere Dei, cum  
creatio sit ex nihilo, quo quidẽ mo-  
do aliquid facere soli deo cõuenit.  
Aristoteles autem ponẽs duo prin-  
cipia, scilicet materiam & formam,  
& tertium operatorium, mundum  
æternum esse dixit. Dicitur autem  
deus aliquid facere vel agere, non  
quod operando mutetur, sed æter-  
na voluntate sine sui motione, cu-  
ius simile aliqd in calore solis est in-  
uenire. Causa autem rerum creata-  
rum est bonitas creatoris, qui etiã  
vt creatura beatitudinis suę parti-  
ceps fieret, rationalem fecit, eã quę  
summum bonum intelligeret, ama-  
ret,

LIBER II.

ret, possideret, & per hoc eodē frue-  
 retur. Hæc autem creatura distin-  
 cta est & in incorpoream seu ange-  
 lum, & in corpoream seu hominē,  
 quarum vtramq; deus condidit, nō  
 quasi ipse his indiguerit, sed vt ipsi  
 hæc seruirent, ac se eadem fruere-  
 tur. Vt enim mundus ad seruiendū  
 homini factus est, ita homo condi-  
 tus est ad seruiendum deo, tametsi  
 id non ad Dei, sed ad hominis om-  
 nino vtilitatem pertinet, atque ad  
 dei gloriam. Angeli verō etsi quo-  
 dāmodo nobis superiores sint na-  
 tura, nostri tamen sunt, quia ad v-  
 sum nobis dati sunt, & inseruiunt  
 nobis. Sic in simili res dominorū di-  
 cuntur famulorum esse propter v-  
 sum. Nec propter angelorum rui-  
 nam factus homo dicitur principa-  
 liter, licet illa sit vna concausa. Est  
 autem anima corpori vnita, primo  
 q̄a deus ita voluit: deinde, vt vnio  
 hominis cum deo per amorē possi-  
 bilis ostenderetur: tum vt in corpo-  
 re deo

## DE RERVM CREA.

re deo deseruiens homo, maiorem mereretur coronam. Porro cū triplex creatura sit, angelus, homo, & alia quædam media, quæ tantū corporalis est, de his tribus tractabitur in hoc libro secundo.

DIST. 2. Periocha.

Tam mens spirituum quam rerum  
cætera moles

Mox à principio nuda creata fuit.

**A**ngelica natura (quæ in scriptura & sapientia quandoq; dicitur) omnium prima creata est, non quidem quasi tempore omnes præcedens, sed dignitate. Ipsa enim, & cælum empyreum, & tempus, & quatuor elementorum materia simul sunt condita. Vnde quum dicitur, in principio creauit deus cælum & terram, per cælum secundum Augustinum intelligitur spiritualis creatura, per terram autem corporalis. Quamuis autem angelum alias creaturas omnes duratione quadam præcessisse, Hierony-

## LIBER II.

ronymus dicere videtur, hoc tamē non ex propria, sed ex aliorum opinione locutus putari debet. Denique sicut ex scripturæ autoritate colligitur, in cœlo empyreo creati sunt angeli. Vnde & mali per peccatum inde corruerunt, & boni in eodem permanserunt. Quod quidem cœlum tale dicitur, quasi igneum, & est id, de quo dicitur, quod in principio deus cœlum creauit, &c. Est autē angelus primo creatus informis, quantum ad habitum gratiæ spectat, secundum quam postea formatus est, & ad deum cōuersus. Notandum tamē extra textum, quod secundum quosdam creatus in gloria angelus tenetur.

Non eadem angelicas ornabāt muneramenta mentes,

Hæc minor ingenio, promptior illa fuit.

DIST. 3. Periocha.

**C**irca naturam angelicam quatuor in primis cōsideranda occurrunt

## DE RERUM CREA.

currunt, essentiæ scilicet eorum im-  
materialis simplicitas, & distinctio-  
nis personalis diuersitas, & intelli-  
gendi perspicacitas, & volendi li-  
bertas. Quæ etsi omnes quidem an-  
geli in sua acceperunt creatione, nõ  
tamen æqualiter omnibus imparti-  
ta sunt. Nam vt in nature gradu v-  
nus alterum excedit, sic & in cogni-  
tione, & in gratiæ collatione, & in  
arbitriũ quoq; libertate, prout. s. vo-  
luntatem sequitur. Nam qua ratio-  
ne cogi non potest arbitriũ, ea par-  
te omnes sunt æquales. Neq; verò  
angeli aliqui mali creati sunt, vt ni-  
hil more intercesserit inter creatio-  
nem & lapsum, vt aliq; opinati sunt  
sed omnes boni creati sunt, quantũ  
ad naturam attinet. Vnde & mora  
aliqua interuenit inter creationẽ,  
& lapsum malorum. Nihil enim ma-  
li deus producere potest. Insuper &  
mox creati angelici spiritus, om-  
nes naturalem cognitionem sui, ac  
Creatoris, ac cæterarum creaturarũ  
ha-

49  
LIBER II.

150

habuerunt, intelligentes quid bonum aut malum. Habebant & naturalem quendam dei & sui amorem, licet secundum Magistrum nondum eum meritorium, propterea quod (vt dicit) gratiam tunc nondum acceperint.

DIST. 4. Periocha.

Non miser aut foelix primo fuit angelus æuo,

Conscijs euentus nec fuit ille suis.

**N**eq; in beatitudine, neq; in miseria angeli creati sunt, eo quod miseria non est, nisi sit peccatum, in quo ipsi creati non sunt. Neque etiam boni angeli status sui certitudinem habuerunt, sicut nec angelij post lapsi, illius sui lapsus presciscerunt. Quamuis autem beatus Augustinus bonos prescios suae confirmationis fuisse dicere uideatur, hoc tamen (vt ex uerbis suis patet) non assertiue, sed inquirendo potius dicit. Possunt autem dici angeli creati perfecti & imperfecti: per-

E feci

## DE RERVM CREA.

fecti quidem pro illo statu & tempore, quia habebant quicquid ille requirebat status. Imperfecti autē respectu eius cuius erāt capaces: vt quod adhuc eis restabat conferendū. Quo tamē etiam accepto, à perfectiōe diuina in infinitū distant.

### DISTINCT. 5. Periocha.

Mox è spiritibus male suada superbia quosdam

Damnauit, reliquos constabiliuit amor.

**P**ost creationē suam angeli quidam creatori amore adherentes per gratiā illuminati sunt: alij verò ab eo auersi, excecati: non quasi obcecationem deus eis immiserit, sed quia gratiam ipsis non apposuit. Per dictam autem conuersionem hi facti sunt iusti, sicut per auersionem alij peccatores. In hac etiam sua conuersione boni gratiam cooperantem acceperunt, sine qua. s. ad meritum uitæ nemo proficit. Nam gratia iustificante non  
indi-

## LIBER II.

151

indigebant, eo quod mali nunquam fuerint. Vnde quod boni conuersi sunt à bono quod habebant, ad bonum quod non habebant, ex gratia ipsis prouenit, Hęc autem gratia licet malis collata non fuerit, non tamen per hoc excusari poterant: quia quousque eis conferretur, stare nonlebant. Alijs autem dicentibus, quod boni per gratiam eis collatam beatitudinem tunc meruerint, alijs vero quod non, sed magis per ea quæ modo circa nos faciunt, Magister dicit sibi hoc vltimum magis placere. Quanquam ceteri doctores primum magis amplectuntur.

## DIST. 6. Periocha.

Obscurum quamuis habitet malus  
aëra dæmon,  
Attamen hunc poterit vincere castus homo.

**D**E omnibus angelorum ordinibus aliqui ceciderunt, inter quos supremus omnium Lucifer, propria excellētia malè cōspecta,

E 2 cta,

## DE RERVM CREA.

Supremus omnium lucifer, propria excellentia malè conspecta, cecidit primus. Atq; hi in hunc aerem caliginosum vsq; ad iudicij diē detrusi sunt, quasi ad locum ob eorū tenebrositatem ipsis debitū, & ob exercitium nostrū. Vltimò aut ad infernum detrudētur. Ac usq; iudicij diem tam inter bonos quàm malos officia prælationis & subiectionis permanent, vbi & mali à vitijs, in quibus tētant, quandoq; denominant. Est aut verisimile, quotidie aliquos demonū ad infernum descendere, ad animas illic cruciandas deducendum. Lucifer vero ibi reliquatus à quibusdam putat ab eo tēpore, quo à Christo victus est, circa tēpora Antichristi soluendus. Quidā tamen ab initio peccati sui illic eū fuisse dicūt. Sed & alij demones cum à nobis vincunt, tentandi potestatem amittere videntur: & hoc maximè in vitio, cuius resistentia victi sunt.

Dist-

51  
LIBER II.

## DIST. 7. Periocha.

152

Non malè conatur bonus angelus,  
aut bene prauus,

Sit licet arbitrio liber vterq; suo.

**P**erstantes angeli in bono per  
gratiam sunt confirmati, ita vt  
iam peccare non possint: caden

tes verò, a deo, obstinati, vt iam  
nihil bene aut velle aut agere pos-  
sint. Neq; tñ p hoc vel hi uel illi li-  
berum amiserunt arbitrium, nō ob-  
stāte eo quòd hoc ad vtrunq; se ha-  
bet, cūm boni adiuti gratia, spōta-  
nè hoc faciant: mali etiam à gra-  
tia deserti & corrupti, surgere ad  
bonum nolint, Immo per hoc bo-  
ni arbitrium habent liberius, quia  
peccato seruire non possunt, quod  
antè potuerant, prout loquitur Hī-  
eronymus. Quamuis aut mali ange-  
li per malitiam obdurati sunt, uiua-  
ci tamen sensu nō sunt penitus pri-  
uati, sed magno scientiæ acumine  
vigent, tam natura quàm experien-  
tia, atq; etiam bonorum spirituum

E 3

reue

## DE RERVM CREA,

reuelatione, quæ ijs quandoque fit deo id volente. Quorum & maiorum scientia magicæ artes Deo permittente fiunt ad fallendū fallaces, & ad monēdum fideles, & ad probandum patientes. Neq; verò per hoc visibilis rerum natura malis angelis ad nutum deseruit. Nec ipsi ex hoc creatores dici possunt, cū hoc sit solius dei, sed per occulta quædam & latentia in rebus femina, ea perficiunt: sicut nec parentes filiorum dicuntur creatores, sicut in simili homo exterius docere potest, licet difficiliter: sed solus deus intrinsecus iustificare. Possunt tamen & multa per naturæ subtilitatem dæmones, quæ à deo facere non permittuntur, prohibentibus etiam quædam bonis angelis.

### DIST. 8. Periocha.

Angelus interdum commissa negotia complens, (bra solet.

Aëre de liquido sumere mē-  
**C**orpora naturaliter sibi ynita  
an-

52  
LIBER II.

153

angeli siue boni, siue mali, non habent. Et licet August. eos corpora aëra habere, dicere videatur: hoc tamen non assertiuè, sed magis recitatuè ponit. Assumunt autē corpora, vt visibiliter nobis pro voluntate aut permissione dei appareāt, & circa nos operentur. Vnde & iterum illa corpora deponunt. In quibus etiam corporibus assumptis locuti sunt quandoque ex parte totius trinitatis, quandoque autem in persona patris, quandoque filij, quandoq; & spiritus sancti. Vtrum autē deus aliquando in formis corporalibus apparuerit, & vtrum angeli in corporibus apparentes, in suis corporib. hoc faciant, (dato q̄ corporei sint) an alia quēdam assumant, sub dubio relinquit Magister. Sed extra textum dicitur, q̄ faciūt id in corporibus assumptis. Ipsi enim corpora non habent. Essentia autem dei quia immutabilis est, nunquam in se videri potuit ab

E 4

aliquo

DE RERVM CREA.

aliquo. Neq; verò diabolus vel etiã  
angelus bonus substantialiter mē-  
ti humanæ illabi potest, sed solus  
deus, licet dæmones corpora ingre-  
di possint & ea vexare.

DIST. 9. Periocha

Consecrata choris cœli nitet aula  
nouenis,  
Spirituum summo qui famulantur  
hero.

**N**ouem esse angelorum ordines  
scriptura tradit, qui in tres  
distincti sunt hierarchias, vt  
Seraphin, Cherubin, Throni, & Do-  
minationes, Virtutes, Potestates, &  
Principatus, Archangeli & Angeli.  
Dicitur autem ordo, multitudo cœ-  
lestium spirituum, qui inter se in a-  
liquo munere gratiæ assimilantur,  
vt Seraphin in charitatis ardore,  
Cherubin, in scientiæ plenitudine,  
& sic de alijs. Hæc autem nomina i-  
p̄s conueniunt propter nos. Et ab  
his nominantur quæ in ipsis præcel-  
lunt, non quòd alijs ordines hoc nō  
ha-

LIBER II.

habeant, sed quia illi in hoc excel-  
 lunt, scilicet respectu inferiorum. Et  
 hi ordines inter angelos ab initio  
 creationis eorū secundū Magistrū  
 non fuerūt, eō quod à gratuitis de-  
 nominantur, quæ postea secundum  
 eundem acceperunt. Vnde nec dæ-  
 mones cecidisse dicuntur, quia in or-  
 dinibus fuerint: sed quia postea fu-  
 issent, dum perstitissent. Neq; verō  
 omnes eiusdē ordinis angeli sunt  
 æquales, sed sicut in ordine aposto-  
 lorum, aut martyrum, alius alio dī-  
 gnior est. Ad hos autem angelorū  
 ordines, homines saluandi assumē-  
 tur, & per hoc decimum dicuntur  
 efficere chorum. Saluabuntur etiā  
 tot ex hominibus secundum Gre-  
 gorium, quot ex angelis perstite-  
 runt. Quod nec Augustinus abnuit,  
 licet ad minus tot quot ceciderūt,  
 saluandos putet.

DIST. 10. Periocha.

Angelus ad nostras quoties delabi-  
 tur oras,

E s                      Offi

## DE RERVM CREA.

Officio proprium nomen habere solet.

**D**E angelorum missione & assistentia opiniones sunt. Nā quidam aliquos mitti putāt, alios verò nunquam, sed semper assistere, iuxta Danielis & Dionysij auctoritatem. Alij verò omnes mitti dicunt, eo quòd ad Esaiam de Seraphin ( qui supremus ordo dicitur ) aliquis missus legatur, & Apostolus omnes eos administratorios spiritus esse commemorat. At his cōtrarium est, quòd vnus tantum ordo angelorum, id est, nuntiorum dicitur. Ad quod tamen dicunt, omnes angelos dici quādo mittuntur. Nā ab officijs angeli & demones nomina sortiuntur, vt de Michaële & Gabriele ac similibus patet. Similiter & de dæmonū nominibus, quæ sunt diabolus, Sathā, Belial, & similia. Vnde hi auctoritates, et Danielis & Dionysij exponere nituntur. Sed extra textum notandum, quòd

quod Neoterici primam communiter affirmant opinionem. Vnde & Magister alios esse dicit, qui omnes propter primos tres ordines mitti dicunt. Et hi Seraphin ad Esaiam missum, dicunt non de ordine supremo fuisse, sed sic dictum propter inflammandi officium. Angeli autem & administratorij spiritus omnes dicuntur, quia superiores medijs, & hi infimis denuntiāt quod ad homines perferāt. Vel certe per omnes non nisi eos qui de inferioribus sunt, intelligi conueniet.

## DIST. II. Periocha

Mox puerum postquam liquido caput intulit orbi,

Custodes subeunt, hic bonus, ille malus.

**A** Natiuitate sua quiuis homo angelum habet bonū pro suā custodia, habet & malum pro exercitio. Et cū omnes angeli boni nostram velint salutē, specialiter tamen ille qui alicui deputatus

E 6 est

## DE RERVM CREA.

est, sic & specialiter malus ille plus alijs eundem ad malum incitat. Ut cumq; autem sit de maiori numero angelorum vel hominum, bonorum, siue malorū, certe singuli homines actu viuentes, singulos habere possunt angelos pro sui exercitio vel custodia. Quamuis & pluribus hominibus vnus deputari possit, & eis sufficere, & vnum angelū possibile sit plures homines successe siue custodire. Proficiunt autem secundum quosdā ( quod & Magister magis approbat) omnes angeli vsque ad diem iudicij, tam in merito, quā in præmio, hoc est, in dei cognitione & dilectione. Tametsi alijs oppositum defendūt, quod scilicet quantum ad præmium spectat, non proficiant, idq; authoritatib. Gregorij, & Isidori, quas tamen Magister soluit. Sed solutione illa nō obstāte, quod in premio, saltem essentiali, proficiant angeli, nō tenetur.

DIST. 12. Periocha.

Pri-

55  
LIBER II.

156

Primum materies sub inerti pōde-  
re rerum

Condita, per senos est renouata dī  
es.

**E** Lemētorum materiam deus in  
principio cum angelica natura  
produxit informem & cōfusam  
seu indistinctam, quam postea sex  
diebus distinxit atq; formauit secū-  
dum quosdam sanctorum, licet se-  
cundū alios illa materia simul crea-  
ta sit & distincta. At primum magis  
consonum videtur literæ sacræ, qd  
& magis Magistro placet. Est autē  
materia illa multis & v̄sitatatis no-  
minibus appellata, scilicet terræ,  
abyssi & aquæ, ne vnius tantū for-  
ma receptiua putaretur & vt rudes  
(quibus loquebatur Moyses) faci-  
lius docerentur. Tenebrę autem il-  
læ, quæ super faciem abyssi fuisse dī-  
cuntur, iam lucis significāt absen-  
tiam, & nihil sunt, iam vero aërem  
obscurum, & tunc sunt aliqua crea-  
tura. Nec tamen dictam materiam

E 7 infor-

## DE RERVM CREA.

informem fuisse hoc modo accipiendum est, quasi omni forma caruerit: sed quia confusam habuit formam postea distinguendam. Erat autem illa materia ubi modo mundus est, & extendebatur ultra locum firmamenti, inferius quidem grossior, supra autem rarior. Vnde & aquæ illæ factæ sunt, quæ supra firmamentum esse dicuntur. Sic ergo deus sex dieb. materiam creatam distinxit, & opere perfecto septima die quieuit, scilicet à facienda noua creatura. Nihilominus tamē & vsq; modo operatur. Non enim solum omnia in verbo disponendo, & temporaliter creando ac distinguendo operatus est, sed & alia ex alijs producendo: quod vsq; modo facit.

DIST. 13. Periocha.  
Tempora quo certis deus intercederet horis,  
Mox à luce suum nobile cœpit opus.

In

56  
LIBER II.

157

**I**N opere distinctiōis deus primo congruenter fecit lucem, quæ alia habet manifestare. Quæ quidem lux & spiritualis intelligi potest, scilicet angelica natura præcedenter per cælum significata: hinc autem per lucem, id est, per gratiã formata, potest & intelligi corporalis, scilicet pro nubecula aliqua lucida de præiacenti materia producta, in ea scilicet parte, ubi modo sol est seu mouetur, cuius & vires habuit, noctem & diem illo triduo distinguens. Quæ nec ab aquis impediatur propter earundem tunc raritatẽ. Potest aut̃ dies tunc dicta, intelligi aut lux prædicta, aut ipsius illuminatio, aut spaciũ viginti quatuor horarum. At prima dies naturalis à plena luce exordium sumens, aurora & mane caruit, & per vesperã in mane sequentis diei tendens, excreuit in spaciũ supradictum. Postea autem in mysterio dies à vespere incepit. Dicta  
verò

## DE RERVM CREA.

verò lux, solum superiores illumina-  
nabat partes: nec ita clare, vt sol  
modo facit. Vnde nec frustra post  
quarta die sol formatus est. Et hoc  
aut de eadem luce, vel saltem eam  
coniunctam habet. Porro deus pa-  
ter mundum producens, nullum vo-  
cis sonitum edidit, sed verbo suo (id  
est filio) non quidem vt instrumen-  
to, sed vno secum opifice, ex sese e-  
ternaliter genito, cuncta creauit.  
Quod incidenter dicit Magister con-  
tra hæreticos, qui in scripturarum  
intellectu enormiter oberrabant.

### DIST. 14. Periocha.

Hinc firmamentum statuit, mox di-  
spulit vndas,  
Protulit & quarto lumina magna  
die.

**S**ecunda die deus fecit firmamen-  
tum, quod secundum Bedam di-  
citur cœlum sydereum, quod qui-  
dem secundum scripturas habet a-  
guas supra & subtus se, quod quali-  
tercunq; fiat, diuinæ certè virtuti  
possi-

possibile non dubitatur. Est autem firmamentum à firmitate dictum, siue moueatur siue non. Nam etiã si moueatur secundum substantiam, tamen est firmum: quod si non moueatur, possibile tamẽ est sydera in ipso moueri. Extra textum tamen dicendum est, ipsum vna cum syderibus fixis moueri, planetas autem singulos, suos habere orbis cū quibus moueantur. Die verò tertia deus aquas quæ sub cœlo sunt in vnũ locum cõgregauit: vbi tũc alia corpora clariora apparuerunt, herbæ & ligna fructifera producta sunt. Dicta autem aquarum cõgregatio, facta est aut aq̃s inspissatis, aut partim terræ cõcauitates intrantibus, quæ & occultis meatibus sibi continuantur. Cũ autem præcedentibus diebus opus suum post creationem ipsius deus distinxerit, sequentibus tribus diebus ipsum ornauit. Nam die quarta ornatum est firmamentum sole, luna & stellis, vt per eas illu-

## DE RERVM CREA

illustretur pars inferior mūdi, per quorum & motum, tempora, dies, & anni designātur, &c. Quinta vero die aēr volatilibus, & aqua piscibus ornatum acceperunt, & sexta demum die terra iumentis, reptilibus & bestijs ornata est, post quæ ultimo factus est homo, de terra quidem formatus, sed ad cœlū posidendum ordinatus.

DIST. 15. Periocha.

Aëra quinta dies, tellurem sexta repleuit.

Septima completum sanctificauit opus.

**D**ie quinta deus fecit opus ornatus aëris & aquæ, creans volatilia, & ea in aëra sursum leuās, pisces vero in aquis relinquēs. Sexta autem die terrā ornauit iumentis, reptilibus & bestijs de ea formatis. Animalia tamen nociua & venenata, creata fuerunt innoxia: sed homine peccāte, facta sunt noxia: vt per ea peccata puniātur, & bo-

58  
LIBER II.

159

& bonorum probetur patientia ;  
Ea vero quæ ex putrefactione na-  
scuntur, tunc producta non fuerunt  
nisi materialiter. Nouissimè vero  
factus est homo, tãquam omnium  
dominator animalium. De creatio-  
ne autem rerum quidam dicunt per  
interualla sex dierum res esse for-  
matas & distinctas, quod & scriptu-  
ræ magis videtur consonum, & ab  
ecclesia approbatum. Alij tamen  
dicunt omnia simul facta esse, quæ-  
dam quidem formaliter, quædam  
autem materialiter tantum, & po-  
stea distincta : de quo & supra ha-  
bitum est. Die autem septimo deus  
quieuisse dicitur, & opus suum cõ-  
pleuisse, per hoc quod vltra creatu-  
ram nouam non condidit, quæ  
scilicet materialiter, vel in suo si-  
mili non præfuerit, res tamen pro-  
ductas sanctificauit & benedixit.  
Sic ergo die sexto compleuit opus  
suum operando: septimo aut ipsam  
opus sanctificando. Vnde dies ille  
my-

DE RERVM CREA.  
mystica quadam ratiōe dicitur san-  
ctificatus.

DIST. 16. Periocha.  
Optimum ad exemplar præstās ho-  
mo factus, imago  
Vnius & trini dicitur esse dei.

**Q**uod scriptura narrat deū di-  
xisse, faciamus hominē  
ad imaginem & similitu-  
dinem nostram, intelligendum est,  
locutum patrem ad filium & spiri-  
tum sanctum, non autem ad spiri-  
tus quoscunq; creatos. Nam aliorū  
spirituum vt angelorum, nō est ea-  
dem imago cum deo. Neq; homo fa-  
ctus est ad imaginem vnius perso-  
næ, sed totius trinitatis. Vnde fal-  
sum est, quod quidam dixerunt per  
imaginem filium intelligi debere,  
& non hominem. Neq; approbatur  
quod alij dicunt per imaginem in-  
telligi filium, & per similitudinem  
spiritum sanctum. Est ergo homo  
factus ad trinitatis imaginem secū-  
dum naturam, scilicet animā: & ad  
simi

similitudinem, quo ad superaddita,  
 vt sunt virtus & innocentia. Dici-  
 tur autem filius imago patris, non  
 ad imaginem: quia non creatus, sed  
 natus æqualis est patri, & in nullo  
 dissimilis. Homo vero imago dei &  
 ad imaginem dicitur, quia non æ-  
 qualis & creatus: & per hoc longe  
 distans à modo existendi imaginē,  
 quomodo filius est.

DIST. 17. Periocha.

Primus homo validi sub tempora  
 conditus æui,  
 Delicias tenuit quas paradifus ha-  
 bet.

**A** Nimam hominis Deus non de  
 sua substantia inspirauit, nec  
 faucibus aut manib. corporis,  
 sed eam de nihilo creādo, & corpo-  
 ri de terra factō ad modum flatus  
 indendo. Et vtcumq; sit de primī  
 hominis anima, de alijs tamen cer-  
 tum est quod in corpore creantur,  
 & sic creando infundūtur, & infun-  
 dendo creantur. Est autem homo  
 non

## DE RERVM CREA.

non virtute naturæ, sed diuina in-  
ctate virili & extra paradifum cre-  
atus: & fic pofitus in paradifum,  
vt fic quia inde pellendus erat, a-  
gnosceret ex gratia, non ex natu-  
ra illic fe fuiffe. Qui quidem locus  
licet fecundum quofdam fit corpo-  
ralis præcife, fecundum alios autē  
fpiritualis, potefl tamen dici efle v-  
trunque. Corporalis enim efle lo-  
cus à terra habitabili longe diftās,  
altitudine vſque ad globum luna-  
rem pertingens, gerens fpirituali-  
ter typum ecclefiæ præſentis vel  
futuræ. In quo erant ligna diuerfa,  
inter quæ vnum fuerat dictum li-  
gnum vitę, cuius fructus diuinitus  
acceperat virtutem conſeruandi à  
morte & infirmitate. Fuerat autē  
& ibi lignum ſcientiæ boni & ma-  
li, quod fic ab euentu dictum efle dū  
homo de eo prohibito guſtans, bo-  
ni & mali diftantiam experimen-  
to didicit.

Diſtinet, 18. Periocha.

Olim

LIBER II.

161

Olim formosi grauido de corporis osse

Scilicet enata est fœmina prima viri.

Intra paradysum mulier formata est à Deo. Postquam enim Adam illic positus est, & animalibus ad eum adductis, nomina eis imposuerat, immisit deus soporem in ipsum, & ex vna de costis eius, Euã formauit. Noluit autem deus mulierem simul cū viro creare, & ad confundendam diaboli superbiam, qui principium aliud à deo esse voluit, & vt similitudo dei qui est omnium rerum principium, in homine per hoc fieret manifesta. Est autem mulier facta nō de capite aut pedibus, sed de costa viri, vt nō domina aut ancilla, sed socia illius haberetur. Et hoc ipsius dormientis, ne s. dolorē sentiret, & deus potentiam suam in non excitando eum per hoc ostenderet, vtq; sacramentorū p̄cessus de latere Christi figurare

## DE RERVM CREA:

raretur. Nec ad costā illam aliquā  
fuit addita materia, sed (vt cū quin  
que panibus factum est) materia il-  
la virtute dei fuit multiplicata. Li-  
cet autem angeli ad hoc ministra-  
uerint, solus tamen deus quod crea-  
tionis est, effecit. Neq; organatio  
corporis illius fuit ex aliqua ratio-  
ne seminali, sicut in rebus à natura  
productis fieri solet, sed virtute di-  
uina supernaturali. Anima vero ip-  
sius mulieris nō (vt quidam sentie-  
bant) de anima Adæ, cū indiuisi-  
bilis sit ac incorruptibilis, formata  
est, nec præcedenter etiam est crea-  
ta sed creando (vt cæterę) infusa, &  
infundendo creata.

### DIST. 19 Periocha.

Dum paradisi facis diuersaretur in  
hortis,

Nulla mortis erat lege reuinctus  
homo.

**I**N innocentia statu homo mortu-  
lis erat quodam modo, & quodā  
modo immortalis. Poterat enim  
morē

mori, poterat & non mori. Habuit ergo tunc posse non mori, post peccatum habet necesse mori, post resurrectionem aut non poterit mori. Erat ergo tunc corpus ipsius hominis animale, cibis indigens, unde & mortale: sed postea factum est mortuum, necessitatem moriendi habens: post resurrectionem vero erit spirituale, nec cibis egens, nec mori potens. Quam tamen immortalitatem, non ex conditione nature, sed ex dono gratie habuit homo, ex esu scilicet ligni vite, de quo si non edisset, peccasset, eo quod de hoc edere preceptum ipsi fuerat, unde & moreretur. De hoc etiam ligno quidam dicunt quod non fuit totalis causa immortalitatis, sed coadiuuans. Alii autem, quod immortalitatem omnino habuit ex esu ligni vite, Sed & quibusdam videtur quod a natura quandam habuisset immortalitatem, & perfectionem eiusdem ex usu dicti ligni assecutus

DE RERVM CREA.

entus fuisset. Magister autem sentit, quod ex eodem homo etiam primam immortalitatem habuerit.

DIST. 20. Periocha.

Spumat perpetuo caro fœda libidinis æstu,

Quam nimium primus commaculauit homo.

**E**tiam in innocentia statu homines contra falsam quorundam opinionem filios generassent, absq; libidinosa concupiscentia: genitalibus enim membris ad hoc opus, vt cæteris, pro voluntate vsi fuissent. Quod aut non generaerint, id indeuenit, quia deus hoc nondum præceperat, & paulo post mulieris formatione peccauerunt. Posteaquã autem in paradiso generassent, an parentes illic relicta posteritate, statim translati fuissent ad requiem beatitudinis, an expectassent omnes, quousque beatorum numerus compleretur, tametsi ex scripturis sacris id certum non est,

Magi-

Magistro teste: tamen extra textū  
communiter prius illud amplectū  
tur doctores. Generassent autem  
etiam in hoc statu paruulos filios  
s. pro strictitudine vteri materni,  
qui filij secundum magis probabi-  
lem opinionem in statu corporis,  
loquela, alijsq; huiusmodi per tem-  
poris successione profecissent. Nam  
vt supra dictum est, cibus quoq; in  
eodem statu indigebant. sed & in  
ijs que pertinent ad animam, tem-  
pore profecissent, neq; tamen pœ-  
nosa ijs fuisset rerū inscitia, nec ob  
id ignorantia dici potuisset, eo qd  
respectu eorum quæ nec scire tene-  
bantur, fuisset. Parauerat ergo de-  
us homini sicut bonum temporale  
& visibile pro natura corporis, sic  
inuisibile & spirituale pro anima.  
Vnde si præceptum dei seruādo per-  
stitisset, vltimo ad requiem beati-  
tudinis sine mortis interuētū ipse  
cū tota posteritate sua fuisset trās-  
latus.

DE RERVM CREA.

DIST. 21 Periocha.

Callidus accendens muliebria pe-  
ctora dæmon,  
Persuasit miseræ sumere poma ne-  
cis.

**I**nuidens diabolus homini quem  
per obedientiam ascēsurum scie-  
bat, vnde per superbiā ipse cor-  
ruerat, in debiliori eum parte, sci-  
licet muliere, tentando aggressus  
est, dolo supplantare volens, quos  
virtute superare nō poterat, appa-  
rens scilicet eidem in specie, non  
qua voluit, sed qua permissus est, in  
qua tamen fraus eius facile perpen-  
di posset, per serpentē scilicet, qua-  
si per instrumētum eidem locutus,  
vt angelus bonus per asinam Ba-  
laam, quem tamen mulier loquelā  
à deo accepisse credebat. Hinc er-  
go interrogatione sollicitauit, vt  
qua via tentando incederet, ex ipsi-  
us disceret responsione. Vnde & cū  
quasi dubitando responderet mu-  
lier, statim intulit quod voluit,  
metum

LIBER II.

metum, scilicet mortis, si comederent mendaciter excludēs, & dignitatis excellētiam falso promittens. Tentauit autem eam de gula, de vana gloria, & auaritia per dictam promissionem. Est nempe duplex tentatio, exterior scilicet, & interior: quæ vltima quandoq; ab hoste tantum fit sine peccato tentati, quandoq; à carne: & tunc non est sine peccato, quæ & quia difficilius est, q̄ exterior qua homo cecidit, ideo grauius puniendus erat. At quamuis leuem habuit ad peccandum occasionem, quia tamē alterius suasionem peccauit, ideo remediabilis fuit: non autem diabolus, qui nullo suadente peccauit, præsertim etiam quia non tota angelica natura ceciderat, vt humana, p quam & angelica ruina fuerat reparanda. Præceptum autem domini de non comedendo vtriq; datum, ad mulierem per virum conuenienter peruenerat, eo quod ipsa vi-

DE RERVM CREA.  
ro subdita esse debebat: quos & De  
us fecerat, vt inuicē loqui possent,  
& ab alijs (si essent) discere.

DIST. 22 Periocha.  
Esse dei similis dum falsa cupiuerat  
vxor,  
Degustanda viro noxia poma de-  
dit.

**P**rotoparētum primi peccati o-  
rigo fuit quædam præsumptio-  
nis elatio reprimenda, ex qua  
primo mulier, post hoc vir in pecca-  
tum consensit, non quasi illa elatio  
diaboli suggestionem, sed opus pec-  
cati præcesserit. Quæ tamen aliter  
in animo mulieris fuit, quæ serpen-  
ti credebatur, quam in viri, qui ideo  
& aliter quæ mulier illectus fuit. Hinc  
etiam & grauius peccauit mulier,  
tum, quod serpenti contra Deum  
credidit, tum, quod elatè nimis se  
æqualem deo fieri posse putauit, quod  
vir non fecit: tum etiam, quod non  
modo in se & proximū, vt vir: sed  
etiam in deum peccauit. Nec obstat  
quod

LIBER II.

quod parem factum in vtrisque fuisse, Augustinus dicit. Hoc enim de excusatione intelligitur, sed non quo ad prædicta. Sed nec hi qui & virum Dei æqualitatem appetisse dicunt, mulierem in hoc magis exarsisse tacent. Denique etsi mulier peccavit ex ignorãtia, quantum ad hoc quod seducta est, vir autem seductus non est, non tamen ignoravit Dei præceptum: vnde nec per hoc excusari potest. Non enim omnis ignorantia excusat, sed invincibilis tantum. Vincibilis autem potius aggruat. Porro cum hominis natura bona esset sine vitio, cõsensu mali ex libero voluntatis arbitrio processit, diabolo id suggerente. Vnde nec voluntas mala in quantum actus, peccatum præcessit, licet in quantum quædam natura seu naturalis potentia, præcesserit.

DIST. 23. Periocha.

Primum hominem ornabat numerosa scientia, quamvis

F 4 Non

DE RERVM CREA.

Non fuerit casus præscijs ipse  
sui.

**Q** Vanquam deus hominem ca-  
surum præsciret, tētari ta-  
men eum permisit ad di-  
gnitatem hominis ostendendam,  
qua potior est ille qui tentari qui-  
dem potest & nō consentire, quā  
q nec cōsentire, nec tentari potest.  
Quem & licet malum futurum sci-  
ret, creauit tamen ob bonum quod  
inde nouit euenturum. Nec eū im-  
peccabilem facere voluit, licet me-  
lius esset, eo quod hoc sit sanctorū  
angelorum. Neque à consensu eum  
præseruauit, vt sic nec infructuose  
esset bonus, nec malus impune. Sed  
nec volūtatē diuinæ præter ipsam  
alia causa est quærenda. Dedit autē  
homini mox postquam ipsum crea-  
uit, sciētiam rerum creatarū, et sui  
ip̄ius, & creatoris, per quandā inte-  
riorem inspirationem, infra tamē  
eam quæ in patria est, qua quidem  
scientia quid cuiq; deberet, satis a-  
gnouit

65  
LIBER II.

166

gnouit. Et quamuis agendorum tā  
tam habuerit scientiā, casus tamen  
sui præsciū nō fuit, vt suprā de an  
gelo malo dictum est.

DIST. 24. Periocha.

Arbitrium, summæ partem ratio  
nis amœnam,

Quo mala vitaret, primus habebat  
homo.

**H**Abuit protoparens ex ipsa sui  
creatiōe rectę volūtatī auxi  
liū, quo resistere malo potuit,  
licet non mereri: alioqui si hoc nō  
habuisset, non fuisset ipsi imputa  
bile peccatum. Hinc fuit voluntas  
illa recta per mali carentiam. Nec  
sequitur, per eam malo resistere po  
tuit, ergo & mereri, cū hoc ipsum  
resistere sit mereri. Hoc em̄ non in  
primo homine, sed in nobis locum  
habet, q̄ ad malū incitatur, q̄d in  
innocentiæ statu non fuit. Fuit au  
tem auxilium hoc, ipsum liberum  
arbitrium gratia adiutum, quod  
quidem est facultas voluntatis &

F s ratio

## DE RERVM CREA.

rationis, quo & bruta animantia  
carent, ut quæ sensum tantum ha-  
bent & sensualitatis appetitum. Nā  
id quod cum brutis commune ha-  
bemus, per rationem excedimus.  
Quæ & in portionem superiorem  
& inferiorem diuiditur, non quasi  
duæ sint potentia, sed propter di-  
stincta potentia vnus officia, quæ  
sunt intendere æternis, & dispone-  
re temporalia. Contingit autem  
in nobis peccatum ad instar pecca-  
ti primorum parentum, vt scilicet  
vice serpētis habeatur sensualitas,  
ratio inferior vice mulieris, & su-  
perior viri. Motus ergo peccati si  
in sola sit sensualitate, erit venia-  
lis: quod si ad superiorem rationē  
perueniat, fit mortale, & hoc est vi-  
rum comedere. Si vero in inferiori  
sit, nec diu teneatur, sed statim re-  
pellatur, manet veniale, at si ibidē  
diu voluntariē teneatur, erit item  
mortale, etiam si perficere nolit, &  
**hoc est comedere mulierem. Aduer-  
tendum**

66  
LIBER II.

167

tendum quoque quod ratio inferior  
quandoque pro ipsa sumitur sensua-  
litate, quod inter legendum autho-  
res perpendi debet.

DIST. 25. Periocha.

Arbitrii fœdo pulcherrima mune-  
ra lapsu

Primi hominis quodam sunt teme-  
rata modo.

**A** Pud philosophos liberum arbi-  
trium dicitur esse liberum de vo-  
luntate iudicium, eo. s. quod li-  
bere ad hoc vel aliud moueri pos-  
sit, & hoc respectu futurorum con-  
tingentium. Quod quidem aliter  
est in Deo, scilicet ab omni seruitu-  
te peccati liberum: & in angelis bea-  
tis, scilicet per gratiam confirma-  
tum: & in nobis scilicet flexibile ad  
bonum & malum. Nam & in no-  
bis secundum status diuersos diuer-  
sa quoque inuenitur libertas. In sta-  
tu namque primo potuit homo  
& peccare, & non peccare, in bea-

F 6

titu-

## DE RERVM CREA.

titudine non poterit peccare. Ante reparationem non potest non peccare mortaliter, post reparationem si peccet venialiter, certè potest non peccare mortaliter adiutrice dei gratia. Vnde patet, per peccatum vulneratum esse liberum arbitrium, quantum attinet ad naturalia: & spoliatum, quãtum ad gratuita: à quibus sine gratia reparari non potest, sicut in simili patet de occiso. Est autem triplex libertas, scilicet à coactione, quæ manet homini semper, & à miseria, & hanc libertatem habuit in statu primo, et habebit in gloria: & à peccato, quã per gratiam assequitur in uia. Carentia autem iustitiæ, nõ libertas, sed seruitus est dicenda. Quamuis autem & posse in bonum & malũ, vtunq; sit à libero arbitrio, tamen alterum habet ex se: primũ autem à gratia, sine qua ad bonum non potest anniti nisi admodum debilitate. Hinc & liberum arbitriũ per pecca-

67  
LIBER II.

168

peccatum quodam modo corrup-  
tum est & imminutum, eo quod an-  
te peccatum potuit sine difficulta-  
te moueri ad bonum, post aut non  
sic. Neque enim libertas naturæ, seu  
à coactione sufficit ad bonum agē-  
dum, nisi gratia concurrente. Nemi-  
pe non est currentis, nec uo-  
lentis, sed dei per gra-  
tiam miserentis.

## DIST. 26. Periocha.

Hoc opus humanum merita boni-  
tate deorum est,

Præuia quod vestit gratia, quodque  
sequens.

**D**uplicem deus gratiam libero  
confert arbitrio, operantem  
scilicet, qua uoluntatem præ-  
parat, ut bonum uelit, & cooperā-  
tem, ne frustra, sed effectualiter ue-  
lit. Hinc malè sentit hæreticus, pu-  
tans hominem posse & uelle bonū  
operari ex libero arbitrio sine gra-  
tia, cum dicat Apostolus. Non est  
volentis neque currentis, sed mise-

F 7 ren-

## DE RERVM CREA.

rentis Dei. Neq; enim ideo deus aliquis miseretur, quia uelit & currat: sed ideo is uult & currit, quia Deus sui miseretur: ita ut totum Deo tribuatur, qui hominis uoluntatem praeuenit & praeparat adiuuandam, & adiuuat praeparatam ad efficaciter operandum: sicq; gratiam comitatur bona uoluntas, non gratia uoluntatem. At eadem gratia quae dicta est operans & cooperans, quandoq; & praeueniens & subsequens nominatur. Quae operans seu praeueniens, fides cum dilectione coniuncta, uoluntatem bonam non quidem tempore, sed natura, & quasi causalitate praecedens, ab ipsa uoluntate, non aliquo merito acquiritur, sed à Deo gratis datur, habita tamen gratia, & ipsa uoluntas cum eadem multa alia Dei dona praecedat. Deniq; & (ut ex uerbis Augustini colligitur) gratiam praeuinentem & operantem, qua bona in homine uoluntas praeparatur, bona

68  
LIBER II.

169

bona quædam ex Dei gratia & libero arbitrio præcedenter, quædam etiam ex solo libero arbitrio, scilicet vt videamus bonas esse Dei iustificationes: deinde ut eas desiderare concupiscamus, & tunc tandem faciente gratia earum delectet operatio.

DIST. 27. Periocha.

Omne licet meritum capiat deuota voluntas,

Hoc tamen in primis gratia sola parit.

**V**Na est essentialiter gratia operans, & cooperans, secundum diuersos effectus aliter & aliter nominata. In quâ tum enim voluntatem à malo liberat, operans dicitur: in quantum autem eandem adiuuat ad bonum vltius faciendum, cooperans appellatur. Sunt autem hominis tria bonorum genera, magna scilicet, vt virtus, quibus nullus homo malè  
vti

## DE RERVM CREA

vti potest: minima, vt bona temporalia: & media, ut potentia animæ, quibus ultimis duobus & bene & malè homines uti possunt. In medijs autem bonis etiam liberum arbitrium continetur, cuius etiam bonus vsus, virtus est: quæ in magnis bonis computatur, quæ omnia à Deo esse constat. Propriè tamen uirtus nō est actus, vel vsus, sed bona mentis qualitas, qua rectè uiuitur, & qua nullus malè utitur, quam Deus solus in homine operatur: quod secundum Magistrū de uirtute intelligitur infusa, quod de uirtute iustitiæ & fidei apertè ex scripturis probatur, sic quod uirtus non est animi motus, vel affectus, sed qualitas seu habitus. Quod & de gratia censeretur debet, cum ipsa quoque uirtus quandoque nominatur. Quamuis autem nullum sit in homine meritum sine libero arbitrio, principalis tamen merendi causa est gratia gratum faciens, qua

LIBER II.

170

qua volūtas hominis sanatur & iu-  
uatur. Vnde ex gratia & libero ar-  
bitrio bonus animi motus, & meri-  
tum procedit. Vnde & per gratiam  
virtutes mereri rectè dicuntur, ex  
quarum actib. iuste viuimus. Hinc  
quod suprà dictum est, vsum liberi  
arbitrii virtutem esse, pro actu vir-  
tutis est accipiendum. Hinc etiam  
malè opinati sunt, qui fidem & cha-  
ritatem, & similes motus animi fo-  
re dicebant, cum sint virtutes ani-  
mum ad actum mouentes: iuxta qđ  
& verbum Augustini accipiendum  
est, qđ dicit fidem esse credere quod  
non vides: hoc est, fides est virtus  
mouens ad credendum id quod nō  
vides.

DIST. 28. Periocha.

Nemo implere potest leges, aut  
vincere crimen,

Cuius in arbitrio gratia nulla se-  
det.

**I**ndubitanter tenendum est, libe-  
rum arbitrium sine gratia præue-  
nien-

## DE RERVM CREA.

niente & adiuuante ad salutem nō  
sufficere, nec meritis nostris grati  
am aduocari, sicut tamen hæresis  
asseruit Pelagiana: quæ adeo gratiæ  
dei contrariatur, vt omnia ipsius  
mādata implere hominem sine ea  
posse dicat: nec gratiam dari vo  
luit, nisi vt facilius ea impleantur,  
ipsum liberum arbitrium per natu  
ram illam esse gratiam asserens, si  
ne qua nihil boni facere valemus,  
Deo per legem suam nos instruen  
te. Itaque per hæc concedebant Pe  
lagiani dari quidem gratuito sciē  
tiam, at non sic charitatem & gra  
tiam, sed quasi ex meritis eam ac  
quiri. Destruunt autem & per hoc  
ecclesiæ orationes. Et insuper par  
uulos sine originalis peccati vin  
culo nasci contendebant. Autho  
ritates vero Augustini quibus er  
ronei innitebantur, ad sanum in  
tellectū acceptæ, nihil p̄ eis faciūt,  
vt in textu liquet. Igitur liberū (vt  
Hieronymus inquit) sic cōfitemur  
arbi-

70  
LIBER II.

171

arbitrium, vt dicamus nos semper  
indigere Dei auxilio: & tam illos  
errare, qui cum Manichæo dicunt  
hominem peccatum vitare nō pos-  
se, quàm illos qui cum Iouiniano  
asserunt hominem non posse pec-  
care. Quo simul & error Pelagij eli-  
ditur.

DIST. 29. Periocha.

Exturbatus homo fœlicibus exu-  
lat hortis,  
Mox vetitum cupido dū capit ore  
cibum.

Indiguit homo primus gratia o-  
perante, non quidem vt ea à ma-  
lo seu peccato, quod nō habuit,  
liberaretur, sed vt ad bonum volū-  
tas eius præpararetur. Habuit au-  
tem (opinionem contrariam non ob-  
stante) virtutes, vt iustitiam, & si-  
miles, quas tamen actualiter pec-  
cando amisit. Hinc & in peccati pœ-  
nam à voluptatis horto exclusus  
fuit, & similiter ab esu ligni vitæ  
prohibitus, De quo (non quidem  
post

## DE RERVM CREA.

post peccatum, sed ante) comedens  
viuere in æternum poterat. Vnde  
quod in Genesi legitur: Videte ne  
sumat de ligno vitæ, &c. accipien-  
dum est, s. quo indignus nūc est, de  
quo dum ante peccatum comedis-  
set, immortalis esse poterat. Et in  
hunc etiam modū posita est custo-  
dia, ne ad paradisum homo redi-  
ret. Quāquam autem de ipso ligno  
vitæ ante peccatū manducasse pro-  
babiliter putari potest, non tamen  
statim immortalitatem permanfi-  
uam assecutus est, quia ad hanc cō-  
sequēdam requirebatur sæpe itera-  
ta eiusdem l<sup>ia</sup>ni comestio.

DIST. 30. Periocha.

Vt generis nostri primo deducta  
parente,  
Est caro, sic primæ vulnera carnis  
habet.

**I**D peccatum, quod (iuxta Apосто-  
lum) per primū hominem in mū-  
dum intrauit, nō actuale, vt quī-  
dam volebant, sed originale debet  
intelligi

71  
LIBER II.

172

intelligi. Quod nec solum imitatio-  
nis exēplo, vt Pelagiani dicebāt,  
vt sic fit actuale cuiuslibet, sed vi-  
tio propagationis in posteros per-  
uenit. Est itaq; hoc peccatum secun-  
dum veritatem culpa quædā à pri-  
mo parente per originem in poste-  
ros traducta. Quæ quidem non est  
actus hominis, sed concupiscentia  
quædam viciosa habitualis, concu-  
tans in ipso desideria prauitatis.  
Quæ iam dicitur languor naturæ,  
iam lex membrorum, iā fomes pec-  
cati, iam lex carnis, cōcupiscentia,  
cōcupiscibilitas vel tyrānus. Quod  
quidem peccatum ex inobediētia  
primi prouenit parētis, in quo vo-  
luntariū fuit, licet posteri necessa-  
rio ipsum incurrant. Alij enim ho-  
mines secundum corpora fuerunt  
in Adam per seminalem rationem,  
& ex eo lege propagationis descen-  
derunt. Quod autem Magister ad-  
hucit de alimento in humani corpo-  
ris veritatem nihil transire, & id  
quod

DE RERVM CREA.

quod de ipsius veritate est, in Adā  
actualiter fuisse non tenetur.

DIST. 31. Periocha.

Est caro quæ miseram conspurcat  
origine prolem,

Nempe animam soboli non dat o-  
rigo sequax.

**C**ontrarium est fidei catholicæ,  
quod quidam opinati sunt, ori-  
ginale peccatum trahi secun-  
dum animam, nō solum secundum  
carnem: dicentes animam quoque  
esse ex traduce, quæ tamen secun-  
dum veritatem ex creatione est,  
vt superius patuit. Trahitur autē  
originale à parentibus secundum  
carnem, eò quòd in feruore libidi-  
nis concipitur, & in corpus forma-  
tur, ex cuius contactu infusa ani-  
ma & ipsa polluitur, fitq; rea con-  
cupiscentiæ illius, quæ supra ori-  
ginale vocatur. Quod quidem di-  
citur manere in carne, non sicut in  
subiecto, cum ipsa culpæ subiectum  
esse non possit, sed sicut in causa  
ipsum

72  
LIBER II.

173

ipsum virtualiter continente. Est  
itaque ipsum originale quidā car-  
nis defectus & fœditas, quæ ipsius  
vitium & corruptio recte dici po-  
test, quam & in carne ante animæ  
infusionem esse, hinc patet, quod i-  
psa infusa illico cōmaculatur. Nec  
mirum filios originale trahere à  
parentib. baptizatis, quorum iam  
originale dimissum est, cum & ab  
homine circumciso filius habens  
præputium nascatur, & ex grano  
purgato nascatur arista. Vocatur  
autem originale hoc peccatum, eo  
quod ab origine sua proles ipsum  
contrahit, faciēte hoc carnis semi-  
nali commixtione libidinosa.

DIST. 32. Periocha

Sit purgata sacro quamvis baptis-  
mate culpa,  
Non tamen infano fomite mem-  
bra carent.

Emittitur in baptismo origi-  
**R**nale, quantum ad culpā, quam-  
uis

## DE RERVM CREÁ.

uis concupiscentia etiam post bap-  
tismum remaneat, quæ tamen per  
ipsum minuitur & debilitatur, si-  
cut in actuali peccato reatus ma-  
net actu transeunte, vt in homici-  
dio vel consimili. An vero etiam  
ipsa caro à fœditate quam conce-  
ptione contraxit, baptismo libere-  
tur, quidam cōtraria sentiunt: vbi  
& Magister declinat ad partē affir-  
matiuam. Doctores vero alij oppo-  
situm tenent. Dictæ autem concu-  
piscentiæ Deum causam esse, in quã  
tum pœna, non est dubium: licet in  
quantum culpa est, à diabolo fit &  
à primo peccante. Imputa tñsuper  
animæ originale, nō quasi in sui in-  
fusione carni maculatæ condelecte-  
tur. Etenim sic actuale peccatum  
esset: sed ob id quod primi hominis  
anima peccatrix carnem infecit, à  
qua vltèrius anima prolis inficit.  
Est autem peccatum originale ne-  
cessarium, pro eo quod vitari non  
potest: at voluntariū est ideo, quod

ex

LIBER II.

ex primi hominis uoluntate pro-  
 cessit, unde & alij idipsum contra-  
 hū. Quo non obstāte, deus animā  
 carni coniungit secundū suę bene-  
 placitum uoluntatis, ut sic saluet  
 propagationis humane institutio.  
 Ex quibus & patet animas dū cor-  
 poribus infunduntur, non omni-  
 no tales manere, quales à deo cre-  
 antur, cum ex mundis fiant inquā  
 nata. Quę nec æquales à deo crean-  
 tur, sed alię alijs in naturalibus q̄-  
 que potiores.

DIST. 33. Periocha.

Multa licet nostros damnent errā  
 ta parentes,  
 Sola tamen pueris tristis origo no-  
 cet.

**A**ctualia parētum suorum uel  
 etiam priorum, paruuli ab ori-  
 gine nō contrahunt: Nā alioq̄  
 non esset mitissima pœna eorū, qui  
 sine baptismo in originali dece-  
 dunt, ut tamen Augustinus asserit.  
 Quamuis aut̄ idem in quibusdam  
 G dice

## DE RERVM CREA.

dicere uideatur, eos etiam actualia parentum contrahere, hoc non asseritur sed magis inquisitiue dicit. Quod etiam in psalmo dicitur, In iniquitatibus conceptus sum, non est illi contrarium. Ibi enim plura le pro singulari iuxta more in scripturae ponitur. Quanquam etiam priorum parentum peccatum maximum intulit nocumentum, non tamen fuit omnium grauissimum, ut patet de peccato in spiritum sanctum, quod nec in futuro remissibile dicitur. Denique quod totam naturam corrumpit, non ratione grauitatis suae prouenit, sed quia in Adam tota tunc consistebat humana natura. Quod etiam maiora damna intulisse dicitur, non quo ad poenam aeternam, sed quo ad defectus ex eo sequentes, accipi debet. Porro in filiis parentum peccata non puniuntur, nisi in quibus eorundem filij imitantur nequitiam. Et sic intelligi oportet scripturas, quae dicunt

cunt in filijs parentum peccata uisitari. Nam & alia scriptura dicit, Filius non portabit iniquitatem patris.

DIST. 34. Periocha.

Hæc mala quæ primum nimis infere parentem,  
Non nisi principio defiliere bono.

**O** Rigo & causa prima, primi peccati res bona fuit, cum ante id malum nullum extiterit, & hoc in primo angelo peccante initium cepit. Sequentium tamen peccatorum causa fuit prima voluntas mala. Ac per hoc causa peccati prima bona est, non autem secundaria & proxima. Omne quoque malum siue pœnæ, siue culpæ, in bono esse oportet, nec subiectum mali esse potest nisi si bonum, cum malum non sit nisi si boni corruptio seu priuatio. At ubi bonum non est, ibi nec eius priuatio. Ac per hoc nec malum esse potest, ut nec morbi aut vulnera sunt

G 2 nisi

## DE RERVM CREA.

nisi in corporibus. Hinc cum homo malus dicitur, perinde est, ac si dicatur bonum malum. Nec habet ibi locum dialecticorum regula de contrarijs, quæ in eodem nõ simul existunt, quamvis in alijs contrarijs tenere comperiantur. Neq; etiã contrã est quod propheta imprecatur. Væ dicentibus bonum esse malum. Hoc enim intelligitur de eo, qui causam qua q; bonus malus efficitur, ut fornicationẽ, bonam dicit non autem, qui dicit hominem natura bonum ex vitio malum esse.

### DIST. 35. Periocha.

Finis varia sceleris substãtia lege,  
Quam magis hoc complet, quod  
latet intrus, opus.

**D**efinitur peccatum, esse dictum  
vel factum uel concupitum cõ  
tra legem Dei. Vel est volun-  
tas volendi vel retinẽdi quod iusti-  
tia vetat. Vel est præuaricatio le-  
gis & cælestium inobedientia præ-  
cepto-

75  
LIBER II.

176

ceptorum. Quarum definitionū & prima & ultima actus tam interior, quàm exterior, secunda autem interior ostenditur peccatū esse. Et cum peccatum sit in actu tam interiori quàm exteriori, non obstantibus opinionibus extraneis quorūdam, principalius tamen est in actu interiori, procedens vt fructus malus ex arbore mala, scilicet prava uoluntate. Quamuis autem uoluntas & ipse actus, mala quaedam dicuntur, in quantum sunt contra legem Dei, quia tunc nihil sunt: bona tamen quaedam dicuntur in quantum sunt à Deo, à quo nihil mali esse potest. A deo autem eos esse patet, quia alioqui ad ipsius non pertinerent prouidentiam. Adulteriū ergo, & homicidiū, & huiusmodi actum quidem nominant, insuper & actus de fornicatione, & secundum hanc à Deo non sunt. In peccatis quoque omissionis, licet negationes significari videantur, tamen

## DE RERVM CREA.

aliquid positivum in eis intelligitur scilicet recessus à bono. Neq; tamen peccatum tale malum est, quale pœna, quæ scilicet à Deo est: sed est corruptio actiua, quæ nihil est. Vnde sic à Deo non est: corruptio tamen passiva effectus est peccati. Nā per ipsum anima spoliatur gratuitis, & homo in naturalibus quo ad animam & corpus vulneratur. Et per hoc cessant quorundam obiectiones, ut in textu patet.

• DIST. 37. Periocha.

Sæpe scelus sceleri comes indivi-  
sus adhæret,  
Ut fiat sceleri pœna subinde sce-  
lus.

**V**Nius peccati pœnam esse pec-  
catum aliud, ex vtriusq; testa-  
menti scriptura ostendi po-  
test, vt quod Genesis dicit nōdum  
completa esse peccata Amorreorū.  
Et Apocal. Qui in sordibus est, sor-  
descat adhuc, & sic de alijs, vt in li-  
tera. Est autem hoc intelligen-  
dum

dum de peccato, non in quantum tale: quia sic est malū: nec est à deo, sed in quantum corruptio quædam est sequēs peccatū. Et licet esse corruptionem omni peccato conueniat, non tamē omne est pœna peccati: sed illud tantum, quod ab alio causatur, & est effectus ipsius. Absurdum tamen non est, si quis dicat etiam alia quædam peccata pœnas esse eorum quorum effectus nō sunt, sed essentialiter esse aliorum pœnas, vt de rebellionē carnis Augustinus dicit. Sed & ira, inuidia, superbia & similia, spiritualē quædam pœnam annexam habent, quæ tamen peccatum non est. Cū autem Augustinus dicat peccata quædam fieri ex necessitate: Hieronymus verò dicat semper in hominū esse potestate peccare vel non peccare: non tamen intelligendi sunt sibi contradicere, cū ille de venialibus, hic verò de mortalibus loquatur gratiæ auxilio succurrēte,

## DE RERVM CREA.

vel de statu ante peccatum vult intelligi. Sunt igitur actus aliqui boni quidem essentia: mali autem in quantum deordinati, vt peccata: aliqui vero boni sunt ex genere, vt opera misericordiae: quidam etiam absolute boni sunt ex causa & fine, & hi sunt perfecte boni.

### DIST. 37. Periocha.

Nulla deo quenquam premit auspice culpa, tametsi

Causa voluntatis fit Deus ipse malae.

**P**Rædictæ sententiæ qua dictum est, voluntatem malam, & actum malum in quantum actus, aliquid esse, & bona esse, ac à deo fore, licet non in quantum deformitates quædam sunt, plurimi contradicunt, asserentes ea nulla ratione bona esse, nec aliquo modo à Deo fore, cum scriptum sit: Sine ipso factum est nihil, id est, peccatum. Soluuntque rationem supra adductam, scilicet omnia que sunt, in quantum sunt, bona

na sunt, &c. dicentes hoc veritatē  
habere in esse naturale & substan-  
tiale habentib; qualia peccata non  
sunt. Dicunt enim illud per quod  
homo fit deterior, quale est pecca-  
tum, à deo esse nō posse: neq; ipsunt  
causam esse eius quod est nihil, vt  
est peccatum, &c. Magister vero ha-  
rum opinionum iudiciū lectori  
relinquens, nihil expresse conclu-  
dit, tametsi doctores extra textū  
sentiunt cum prima iuxta prædi-  
cta. Nec difficile est soluere alteri-  
motiua, distinguendo inter pecca-  
tum in quantum actus est, & in qua-  
tum deformitas, secundum quam  
etiam distinctionē diuersæ autho-  
ritates accipi possunt & concordari.  
Porro cum dicitur, Deū mali cau-  
sam non esse, quod omnes tenent,  
nomine mali pœna intelligēda nō  
est, sed peccatum. Alioqui verū nō  
esset quod dicitur: Non est malū in-  
ciuitate quod deus non fecit. Et, E-  
go sum deus creans malum. Pœnæ

G s enim

DE RERVM CREA.

enim malæ quidem sunt malis, in quantum autem iustæ sunt, à Deo sunt & bonæ. Sicut & Deus dicitur mortem non fecisse, id est, hoc pro quo mors infligitur. s. peccatū, & tamen scriptum est mortē à Deo esse, scilicet in quantum pœna est.

DIST. 38. Periocha.

Recta voluntatem profert intentio rectam.

Et probat intenti regula finis operis.

**E**X fine suo voluntas rectitudinem vel peruersitatem accipit, vt à bono bona fiat, & à malo mala. Est autem finis bonus charitas, qui tamē ad vltiorem finem ordinatur, scilicet ad Deum. Hinc bonæ voluntatis finis est charitas, beatitudo, vita æterna, & deus ipse. Finis autem malus est delectatio in aliquo vitioso. Possunt ergo tã bonæ quàm malæ voluntatis esse plures fines intermedij, qui sunt quasi iter quoddam & via ad vltimū finem

88  
LIBER II.

179

nem perueniendi. Cui nec obstat,  
quod August. dicit non posse duos  
simul fines constitui. Hoc enim ve-  
rum est, vbi vnus in alterū non or-  
dinatur, q̄d tamen fit in proposito.  
Notandum etiam non idem esse o-  
mnino voluntatē, quę nominat po-  
tentiam, & intentionē, quę motus  
est quo ad ipsum finem tendimus,  
& finem in quem tendimus. An  
etiam idem actus sit, quo quis  
vult finem, & ea quę sunt ad fi-  
nē, vel sint actus diuersi, Magister  
sub dubio relinquit. Sed doctores  
cōcedunt vtrunq; sub distinctiōe.  
Potest enim in vtrunq; volūtas ab-  
solutē & secundū se ferri, & sic sunt  
duo motus voluntatis: vel in vnū  
propter aliud, & sic erit vnus.

DIST. 39. Periocha.

Sola volūtatē mala dicitur actio,  
quamuis  
Cætera virtutum sit maculata co-  
hors.

G 6 Volun-

## DE RERVM CREA.

**V**oluntas quidem ex se bona est, in quantum scilicet est naturalis potentia: mala tamen dicitur ob deordinationem, quæ in ea contingit. Et hic quidem est modus dicendi seu sententia eorum, qui dicunt omnia esse bona, in quantum sunt, sed secundum Magistrum queri tum ab eis potest, cur non ita sit & in ceteris anime potentijs, vt memoria, & cæteris. Vbi, vltterius illi dicunt, quod in actibus harum non contingit deordinatio eo modo, quo in actu voluntatis, sed ratione inordinatæ voluntatis actus eorum mali fiunt. Quod quidem inde est, quod earundem actus non sunt eiusdem generis cum actibus voluntatis, propterea quod ad concupiscendum vel respuendum non ordinantur, velut actus voluntatis, quamuis actibus eorum voluntas abuti possit. Vtrum autem idem sit voluntatis motus, quo bonum eligit, & malum respuit, an diuersus, Magi-

79  
LIBER II.

180

Magister refert contrarias opinio-  
nes, nec definit. Doctores autem cō-  
muniter sentiūt, quod sint diuersi.

DIST. 40. Periocha.

Præcipua commendat opus boni-  
tate voluntas,

Quamuis & propria sit ratione bo-  
num.

**A**ctus exteriores boni sunt quī  
dem omnes, in quantum sunt,  
iuxta quod supra secundum o-  
pinionem magis probatam dictū  
est. Moraliter autem boni aut ma-  
li, ex recta vel inordinata volunta-  
te iudicari debent, sic, vt hi scilicet  
boni simpliciter dicantur, qui bo-  
nam ac rectam causam habēt ex bo-  
na facti intentione, hoc est, q ad bo-  
num tendunt finem: mali verō sim-  
pliciter, qui ex peruersa procedunt  
intentione. Hinc & dominus volū-  
tatem arbori, & fructib. opera cōpa-  
rauit. Hęc opinionib. alijs dimissis  
de omnib. actibus vniuersaliter in-  
telligenda sunt, exceptis tamen eis

G 7

qui

## DE RERVM CREA.

qui de se mali sunt, vt adulterari & huiusmodi. Hi enim per voluntatē boni fieri nō possunt: malum nempe etiam si pia intentione fieri videatur, bonam tamen causam veraciter habere nequit. Neq; enim bonum potest esse furtum, etiam si i-  
deo fiat, vt pauperi subueniat, neque rapina, & sic de alijs, quamuis bonas causas habere videantur.

DIST. 41. Periocha.

Non satis est fecisse bonum, nisi feceris aptè,

Is solus meritum, qui bene fecit habet.

**N**on omnis infidelium actio peccatum est, sed multa in genere bona operari possunt etiam fide carentes, quamuis per huiusmodi vitam beatam non mereantur, vtpote extra gratiam facta. Bonum namq; multipliciter dicitur: quandoq; scilicet quod est licitum, quandoq; quod vtile, quandoq; etiam quod est aut signum boni, aut speciem

LIBER II.

181

speciem boni habet. Aliquando autem hoc bonum dicitur, quod dignum est remuneratione vite, quod quidem modo licet carentes fide bonum agere non possint, præcedentibus tamen possunt modis. Vnde & opinio contraria non valet. Porro peccatum omne voluntarium est, ita quod siue actuale sit mortale, siue veniale, imò & originale, voluntas tamen aliquo modo in eo concurrat: quod cum in originali minus videatur, voluntarium tamen fuit in voluntate primi parentis. Denique & sic voluntarium est peccatum, ut non solum actus malus peccatum dicatur, verum & ipsa voluntas qua peccatur, peccati nomine per Augustinum censeatur, seu peccatum dicatur.

DIST. 42. Periocha.

Qui labor externus mentis secretus ab actu est,

Huic eadem sceleris noxa subesse potest.

Vnum

## DE RERVM CREA.

**V**Num est peccatum mala volūtas, & actus exterior malus, nec obstant oppositæ opinionis rationes. Etsi enim sunt duo actus, interior scilicet & exterior, quæ tamen ex vno fiunt contemptu, vnum reputantur peccatum. Quod vero plus punitur, si quod intus conceptum est malum, opere perficiatur, quàm si in sola persistat cogitatione, non ideo est, quia diuersa sunt peccata, sed quia ex pluribus hoc peccatum procedit. Nec etiam obstat, quod diuersis præceptis peccandi voluntas, & opus peccati prohibetur, ut de furto uel adulterio: quod à simili patet de charitate, quæ cum vna sit, diuersis tamē mandatis est præcepta. Transeunte autem actu peccati simul & peccandi voluntate, peccatum tamen reatu ad penam obligante, manere dicitur. Notandum etiam, quod omne peccatum si mortale est, prouenit aut ex cupiditate male incendente, aut ex timore

re

8A  
LIBER II.

182

re male humiliāte, & fit aut verbo,  
aut facto, aut cogitatu. Et hoc aut  
in Deū, aut pximū, aut seipsum. Di-  
citur autem peccatum à facto, deli-  
ctum vero à facti omissione. Insu-  
per peccatum in septem cap. Greg.  
partitur, scilicet inanem gloriam,  
iram, inuidiam, acediam, auaritiā,  
gastrimargiam atq; luxuriā: ex qui-  
bus mortiferæ corruptelæ omnes  
quasi ex fontibus quibusdam ma-  
nant. Vnde & capitalia vocantur,  
nec tamen per hoc minus rectè ex  
superbia similiter & auaritia om-  
nia mala oriri dicuntur diuerso re-  
spectu.

DIST. 43. periocha.

Tunc animam vitiat teterrima cul-  
pa nocentem,  
Flaminis irridet cum pia dona fa-  
cri.

**G**rauisimum omnium peccato-  
rum est id, quod in spiritū san-  
ctum fieri dicitur, quod scilicet  
nec in hoc seculo, nec in futuro re-  
mittitur

## DE RERVM CREA.

mittitur, nec pro eodem orandum  
scriptura dicit. Quod tamen variè  
à diuersis scribitur, nam secundum  
quosdam est induratae mentis ob-  
stinatio, & animus pertinax in ma-  
litiâ, per quam homo fit impœni-  
tens, ac de Dei misericordia despe-  
rat, malitiam suam excedere putâs  
diuinam potestatem, an verò om-  
nis talis obstinatio peccatū in spi-  
ritum sanctum dici debeat, etiam  
ea à qua homo adhuc ante mortē  
resipiscit & cōuertitur, necne, duæ  
sunt opiniones: quarum prima hoc  
ipsum affirmans, peccatum in spiri-  
tum sanctū dicit irremissibile, pro  
eo quod difficulter remittatur. A-  
lia verò dicens quod illa solū ob-  
stinatio quæ est cum finali impœni-  
tentiâ, sit peccatum in spiritum san-  
ctum, sicut & cuiuslibet peccati fi-  
nalis impœnitentiâ, & hoc ipsum  
penitus irremissibile dicit, & vtra-  
que est vera secūdum modum, quo  
accipit hoc peccatum. Sed secunda  
magis

82  
LIBER II.

183

magis conuenit scripturæ. Defini-  
tur etiam hoc peccatū, quod est in-  
uidia seu oppugnatio fraternæ  
ac supernæ gratiæ: quæ tamen tale  
peccatum propriè non est, nisi cum  
finali impœnitentia, quæ non solū  
neget pœnitendi actum, sed etiam  
fit in proposito, deniq; & definitur  
esse peccatum contra bonitatem &  
virtutem spiritus sancti cōmissum.  
Quod tamen non sic in spiritum  
sanctum cōmitti dicitur, quasi per  
hoc aliæ personæ nō offendantur:  
sed quia contra appropriatum fit  
spiritui sancto, scilicet bonitatem  
diuinam.

DIST. 44. Periocha.

Omnis vt æterno venit ex authore  
potestas,

Patrandi sceleris sic venit ipse vi-  
gor.

**O** Pinati sunt quidam peccandi  
potentiam à Deo non esse: sed  
à nobis ipsis & diabolo: à Deo  
aut nobis esse tantā rectæ actionis  
poten-

## DE RERVM CREA.

potentiam, sicut de mala voluntate dicitur. Sed hoc scripturis cōtrarium est, ex quib. constat potentiā omnē, nō modo bene agendi, verū etiam peccandi, à Deo fore. Non enim est potestas (secundum Apostolum) nisi à Deo. Ad quod & alia pleraque astipulantur, vt in litera. Neque verò per hoc malitia voluntatis, sed potestas qua male agens, volēs abutitur, à Deo esse dicitur. Nec cuiusquam rei potestas aliūde esse potest, nisi à Deo æquo, quamuis æquitas illa nos lateat. Hic nec valet quod in oppositum dici posset: Ergo potestati tyranni vel diabolo non est resistendum, eo quod Apostolus dicit: Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Et si enim semper obediendum sit subdito ipsi potestati, non tamen abusui eius, qua cōtra Deum potestas aliqua præcipit. Nam tunc præcipiente contempto, ipsi deo est obtemperandum.

Libri secundi finis.

# Compendium memoriale libri tertij Sententiarum.

Distinct. 1

Alius tempore plenitudinis humanam naturam, non pater, nec Spiritus sanctus.

Assumpsit

2

f. humanitate assumpsit carnem & animam, scilicet deus.

totam

3

Spurgata in sua conceptione. in matre

5

Humanam assumpsit Deus, non personam. naturam

7

secundum triplicem opinionem illa propositio, Deus factus est homo. exponitur

4

f. Christus de Spiritu sancto. conceptus

6

f. Deus est homo quod per hominem intelligitur.

Factus

8

f. Christum. f. de patre & matre, secundum duas naturas. bis natum

f. ad

CREA  
mala volun  
ripturis co  
nstat poten  
agendi, ve  
ro fore. Non e  
undum Apost  
quod & alia p  
t in litera. Ne  
lita voluntate  
male agens, vol  
te dicitur. Nec  
stas aliunde esse  
no, quamvis ac  
t. Hic nec valet  
posset: Ergo po  
el diabolo non e  
quod Apostolus  
rensit, dei or  
Et enim semper  
subdito ipsi pos  
busui eius, qu  
aliqua precept  
nte contempn  
erandum.  
di finis.

9  
s. adoranda est  
caro Christi  
non nuda.  
latria

11  
scilicet non di-  
citur Christus  
simpliciter.  
Creatus

13  
Gratia & sapien-  
tia, vt caput.  
plenus

15  
i. defectus penales  
animæ & corporis  
accipit Christus  
prout conueniens  
fuit.

pœnali

17  
s. non pro se, sed  
pro sua sen-

10  
s. reduplicatio ve-  
rificat propositio-  
nes aliquas.  
plicat

12  
i. non potit pecca-  
re Christus.  
nec peccat

14  
scilicet omnium  
habitualis fuit  
in Christo.  
scientia

16  
s. fuit Christus  
& passibilis  
in corpore &  
anima.

Mortalis

18  
scilicet sibiipfi &  
nobis, aliter

sua

10  
duplication  
at propo  
aliquas.  
licat  
12  
non potit pecc  
re Christus.  
nec peccat  
14  
scilicet omni  
habitualis  
in Christo.  
scientia  
16  
es  
ris f. fuit Chri  
& passibil  
in corpore  
anima.  
Mortal  
18  
scilicet fib  
nobis, aliter

**qualitate.**  
oravit

19

f. alligavit Chri  
stus vinculis pas  
sionis suæ.  
sathanam

21

f. Christum fuisse  
per separationem a-  
nimæ à carne confi  
temur, non per sa-  
parationem dieta  
tis ab anima.

Moriturum

23

f. homo fide for  
mata & quid sit.  
credidit

25

f. eadem est fides  
& nostra.  
antiquorum

**& aliter.**  
merendo

20

scilicet nos libe-  
rando non potē  
tia, sed iustitia,  
vicit

22

f. hominem in  
sepulchro te-  
net Magister.  
Christum

24

scilicet ex auditu,  
de non visis ocu-  
teriori.  
fides

26

scilicet est de bo-  
nis æternis futu-  
ris non visis.

Spes

f. dileg

27

f. dilectio dei & pro  
ximi, quæ est eadem. cut seipsum.  
amat

26

f. vt primo dili  
gatur deus.  
ordineq;

31

f. dilectio perfecta  
in viatore, sed in  
cipiens potest  
amitti.

Manet

33

f. virtutes quatuor fue  
runt in Christo, & ma  
nent in patria.  
cardinales

35

f. sunt dona sapiẽ  
tia & scientia &  
intellectus.

28

f. homines si  
proximos

30

f. diligere & ami  
cos simul & maio  
ris meriti, quam  
amicos tantum.  
inimicos

32

f. est Dei ad oēs  
creaturas.

dilectio

34

f. sunt septẽ  
spūs sancti.  
dona

36

f. oēs grauitas cõ  
nexas habet si  
mul q vnã habet.

distin

distincta

Virtutes

37

38

s. Deus decem mandata.

s. vititur triplici mendacio.

præcipit

mendax

39

40

scilicet sit tripliciter.

s. malus contra duo vltima præcepta.

periurium

cupit.

# LIBER SEN-

## TENTIARVM TER-

tius, qui agit de Verbi incarnatione, hominis reparatione, ac de uirtutibus, complectitur Distinctiones 40.

### DIST. I. Periocha.

Impleto tandem decreti tempore missus

È gremio patris filius ipse sui est.

H

Secund

## DE HOMI. REDEMP.

Secundum apostolicam authoritatem Deus pater misit filium suum in temporis plenitudine, quod est tempus gratiæ & veritatis, in quo per charitatem legis fiat impletio, & verificetur patribus de salvatore facta promissio. Est enim hæc missio filii incarnatio. Quæ quidem filio magis quam aliis personis cõgruebat, ut quem admodum in sapientia patris omnia condita sunt, sic & per eandem omnia restaurarentur; & ille qui est à solo patre, primo mitteretur, sicq; is qui in dietate filius erat, fieret & filius hominis. Per quod tamen non abnuitur, quin & pater & spiritus sanctus incarnari poterint ac possint. Qui & cum filio assumptionem carnis fecerunt, sed ea ad solum filium terminata est, qui solus homo factus est.

DIST. 2. Periocha.

Totum ut curares hominem deus optime, totum

Crede-

## LIBER III.

Crederis à nobis associasse tibi.

**N**aturam humanam filius Dei totam assumpsit, vt sic eam totam curaret, quæ protoparentis peccato tota corrupta fuit. Totam inquam, contra quorundã hæreses, id est, corpus & animam cum proprietatibus eorundem. Quod enim est inassumptibile, est incurabile. Attamen carnem mediante anima assumi congruebat ob diuinæ simplicitatis subtilitatē, quod non debet intelligi ordine temporis, sed naturæ. Tametsi autem inuestigabilis sit & inexplicabilis vnio naturæ humanæ cū verbo, error tamen detestandus est eorum, qui dicebant nõ veram Dei filium carnem assumpsisse, sed simulatiõẽ quadam ostendisse, ignauiter nimium suspicantes à carne humana diuinitatem inquinari, cum nec solis corporalis radij à sordib. quas contingunt, maculantur.

DIST. 3. Periocha.

H 2

In

DE HOMI. REDEMP.

In lumbis Abreꝝ quanquã pie Chri-  
ste fuisti,

Vt Leui tamen es non decimatus  
ibi.

**I**Vxta sanctorum attestationis cõ  
Iuenientiam, caro Christi in vir-  
gine peccato vt reliqua virginis  
caro obnoxia fuisse dicitur. Opera-  
tione vero spiritus sancti omnino  
mundata est, antequã ab eo assume-  
retur: patiendi tamen possibilitate,  
non necessitate, sed libera ipsius  
voluntate inexistente. Nã & ipsam  
virginem spiritus sanctus præueni-  
ens, à peccato sic expurgauit, vt &  
à fomite peccati, aut ipsum totali-  
ter auferendo, quod magis videtur:  
aut ipsum sic attenuãdo vt nullius  
postea peccati occasio ipsi esset, eã  
liberarit. Insuper & ( vt Euangeli-  
ca docet lectio) potentiam generã-  
di absq; viri semine ipsi contulit.  
Quamuis autem Christus secundũ  
corpulentam substantiam in lum-  
bis Abrahæ, sicut & Leui fuerit: ta-  
men

87  
LIBER III.

188

men non in eo decimatus est, vt ille, quia non vt ille secundum seminalem rationem ab eo descendit, neq; secundum legem communem, sed supra naturę vires & sine peccato. Vnde & primitiua nostrę massę assumpsisse dicitur. Hinc & caro eius similis fuit carni nostrę non in culpa, sed in pœnalitate. Quę etiã mox in conceptionis suę initio mēbrorum debita distinctione formata est, simul & animata atq; assumpta, quamuis per successum temporis sumpserit corporis incrementum.

DIST. 4. Periocha.

Diuini flatus fuit incarnatio donum.

Quamuis non deerant filius atque pater.

**T**Ametsi incarnatio opus sit trinitatis, in scripturis tamen spiritu sancto attribuitur, pro eo quod spiritus sanctus patris & filij charitas est & donū, & ex ineffabili

H 3

Dei

## DE HOM. REDEMP.

Dei charitate verbum caro factum est, sicq; per hoc ab incarnationis opere pater & filius non excluduntur. Neq; tamen ob id Christus filius est spiritus sancti. Non enim de eo sicut de patre genitus est. Virginis aut filius recte dicitur, eo quod de ipsa genitus est vt matre. Neq; vero quicquid ex alio nascitur, filius est, vt patet de pilis hois & de baptismo renatis respectu aque. Dicitur autem Christus incarnatus de spiritu sancto, eo quod incarnatio ipsa non promerita, ex Dei dono est, virtute videlicet spiritus sancti effecta. Hinc nec spiritus sanctus quasi seminalis materia ipsius accipi potest. Etsi etiam de uirgine Christus natus sit, factus tamen per Apostolum dicitur ex muliere & ex semine Dauid, puta per virginem que de semine Dauid fuit, et hoc dicitur ad significandam eius singularem conceptionem, que opere spiritus sancti facta est, qd alijs non competit.

Distin

## LIBER III.

## DIST. 5. Periocha.

Nec credas aliam quod sumat hypostasis vna.

Et si naturas continet vna duas.

**I**n incarnatiōis mysterio nec persona assumpsit personam, nec natura personam, sed persona diuina naturam, scilicet humanam. An autē diuina natura humanam naturam assumpserit, videtur esse in authoribus contrarietas. Conciliū nanq; Toletanum dicit, quod solus filius carnem seu naturam assumpsit humanam. Authoritates autē quædam aliæ dicere videntur, naturam diuinam assumpsisse. Tenendum tamen est personam diuinam naturam assumpsisse humanā. Vnde illę authoritates capiendę sunt, quod diuina natura humanę nature in persona filij sit vnita, & secundum hunc intellectum diuina natura dicetur incarnata s. in filij persona. Vnde & cum dicitur solum filium carnem assumpsisse, natura

H 4

quidē

## DE HOMI. REDEMP.

quidem non excluditur, sed incarnationem ad personam aut patris aut spiritus sancti terminatam non esse, designatur. Nec tamen per hoc dici debet diuina natura caro facta, ne conuersio naturæ in naturā significari putetur. Neque etiam natura diuina homo facta, vel esse dicitur, quia non sic in unitatem & singularitatem sui, ut persona verbi, humanam assumpsit naturam. Manet enim in singularitate personæ naturarū distincta proprietas. Porro personam hominis verbum non assumpsit, sed assumendo sibi naturam uniuert, & uniendo assumpsit, sicque personalitatem præuenit. Quod vero August. dicit verbum assumpsisse hominem, intelligitur per hominem non persona, sed natura. Quod etiam Magister dicit animam separatam esse personam, non tenetur.

DIST. 6. Periocha.

Cor-

LIBER III.

Corporis ac animæ qualis foret v-  
nio Christi,  
Prendere doctores non potuere  
prius.

**P**rouide loquendum est in ex-  
pressionem eorum, quæ concer-  
nunt incarnationem verbi gra-  
tiosissimam. Nam de propositioni-  
bus illis, Deus factus est homo, &  
homo est Deus, & similibus, atq; an  
per hoc Deus factus sit aliquid, vel  
non factus: tres sunt modi dicendi  
seu opiniones, ad exprimendū mo-  
dum vnionis præactæ. Quarū pri-  
ma inter alia effectualiter dicit in  
Christo duo esse supposita, & vnā  
tantum personam, & hæc est falsa.  
Secūda, quod in Christo vnum est  
suppositum tantum, ac vna tātum  
persona. Nā corpus & anima Chri-  
sti, simul tempore vnita fuerunt, &  
assumpta, atq; per hoc vnum suppo-  
sitū, seu vna persona in ipso, in dua-  
bus subsistit naturis. Hinc & pro-  
pter vnionem duplicis ipsius natu-

H 5 RE

EDEMP.  
ur, sed inca.  
m aut patri  
nata non  
amen per hoc  
atura caro fa-  
tur in natura  
Neg etiam na-  
facta, vel esse di-  
vnitatem & fin  
persona verbi  
fir naturam. Me  
laritate persona  
a proprietat. Per  
minis verbum  
mendo sibi nato  
niendo assumpt  
e præuenit. Quo  
verbum assump  
elligitur per ho  
ona, sed natura  
ister dicit animi  
sonam, non to  
Periocha.  
Cor

## DE HOMI. REDEMP.

ræ in vno verbi supposito, nomina vtriusq; nature proprietates significantia, de Christo prædicari possunt, ita vt verè dicatur, Deus passus est, ac homo iste est æternus. Et hoc quoq; infertur, post incarnationem, personam verbi esse compositam, cum prius simplex fuerit, non quidem compositiõne, quasi ex partibus, vnde totum resultet: sed quia persona verbi, quæ ante in vna tamen subsistebat natura, post incarnationem in duab. subsistit, & hæc bene intellecta habetur vera. Tertia dehinc dicit, verbum humanam naturam, vt habitum seu indumentum assumpsisse. Sed hæc hæretica à doctoribus reputatur, & abiicienda, quam tamen Magister per longum, sicut primam prosequitur: & indeterminatam tandem relinquit. Quod etiam Magister in hac distinctione animam separatam dicit esse personam, ab alijs non tenetur.

Distin.

90  
LIBER III.

DIST. 7. Periocha.

191

Quæstio quid veri teneat prægressa,  
sa, Magister  
Differit in præsens fatq; superq; tibi.

**L**ocutiones illæ de quib. distinctione præcedenti dictum est, secundum tres dicendi modos similiter habitos, diuersimode determinantur. Nam iuxta primum, Deus factus est homo, & econuerso &c. eo quod Deus substantia rationalis esse cœpit, quæ ante non fuerat, & sic factus est aliquid: ac illa substantia cœpit esse deus, quod ex gratia habuit, nõ ex meritis nec natura. Quod cum ab æterno præuisum fuerit, ideo Christus prædestinatus filius Dei dicitur. Iuxta secundum vero modum, Deus est homo, & econuerso: quia in incarnatione ex duabus naturis, & tribus substantijs subsistens esse cœpit: atq; hoc modo, quia humanam assumpsit naturam, secundum hanc

H 6

homq;

## DE HOMI. REDEMP.

homo dicitur esse à deo assumptus. Vnde & secundum hunc modum Christus etiam in quantum homo, est aliquid scilicet ex corpore & anima constitutum. Et secundum quod humana natura vnita est deitati in tempore, quæ vnio ex gratia facta est, & ab æterno à Deo prædestinata, & sic etiam est prædestinatus cognitus. Sed iuxta tertium Deus homo factus dicitur, & contra: quia Deus hominem accepit, & homo assumptus est à Deo, ita quod habes hominem, est Deus. Per hoc autem Christus non est aliquid secundum quod homo, sed aliquo modo se habens. Secundum quod etiam homo, prædestinatus dicitur esse filius Dei, eo quod ab æterno præuisum sit, & in tempore per gratiam collatum, vt ipse existens homo, sit filius Dei. Neque verò Christus dicitur homo dominicus, etsi ita Augustinus olim locutus est, id quod postea retractauit.

Distinct.

LIBER III.

192

DIST. 8. Periocha.

In Christo natura Dei ne nata vocetur,

Ni modo personam significare voles.

**C**oncedi non debet natura diuina, nata de virgine, nisi in quantum persona nata de eadē dicitur. Nam in quantum natura stat pro essentia, nec de virgine, nec de patre nata dici potest. Quo etiam modo supra dictū est, qd diuina natura incarnata, non nisi pro quanto in persona incarnata dicitur. Affirmatur autem Christus bis natus duas habuisse natiuitates, diuinam scilicet ex patre, & temporalē ex matre, ob distinctas illarum natiuitatum proprietates.

DIST. 9. Periocha.

Nunquam sacra Dei verbum caro deserit absens,

Obq; id culta pari semper honore fuit.

H 7. Opi-

## DE HOM. REDEMPT.

**O**pinione quorundam caro vel anima Christi, seu eius humanitas adoratione illa quæ latria dicitur, & diuinitati debetur, (quæ in dilectione cordis & sacrificiorum exhibitione, &c. consistit) non est adoranda, ne idololatria committatur. Honoranda autem est Christi humanitas, seu adoranda Dulia excellenti, ac super omnem creaturam veneranda, & diligenda. Secundū alios autem sine omni periculo eadem Christi humanitas latria rectè adoratur, nõ quidem ratione sui, sed suppositi, in quantum scilicet à Deo in unitatē suppositi est assumpta, nec ab ea vnquam separata. Quæ quidem sententia vera est, & dictis sanctorum in litera confirmata.

DIST. 10. Periocha.

Quòd Christo nomen personæ cõuenit, hoc fit  
Ipsius haud hominis, sed ratione  
Dei.

Non

**N**on est concedendum Christū  
secundū quod homo, esse per-  
sonam, alioqui verbum non  
naturam, sed personam, assumpsis-  
se sequeretur, quod supra est im-  
probatum. Sequeretur etiam quod  
secundum quod homo, esset tertia  
in trinitate persona, quod patet  
esse falsum. Nec oppositum argui  
potest, eo quod est substantia ratio-  
nalis. Non enim hoc sufficit ad ra-  
tionem personæ, quæ dicitur quasi  
per se sonans, nec alteri coniuncta,  
sicut tamen est natura humana in  
Christo. Neq; etiam vulgaris per-  
sonæ definitio personis diuinis cō-  
uenit, sed alijs. Sed neque impedit  
eum secundum quod homo est,  
prædestinatum esse filium Dei qui  
est persona. Non enim quo est, eo  
homo filius Dei est, sed per gratiā  
hoc accepit. Deniq; nec filius ado-  
ptiuus Christus dici debet, sed na-  
turalis. Nō enim prius esse cœpit, et  
post in filiū adoptatus est, sed semp  
fuit

DE HOMI. REDEMP.

Fuit filius æterni patris. Virginis quoq; filius est per naturam & gratiam, non quidem adoptionis, sed vnionis. Potest autem dici, personam quæ semper fuit, prædestinatam esse secūdum hominem assumptum, vt scilicet ipsa existens homo, esset filius Dei. Item & naturā humanā, vt verbo patris personāliter vniretur.

DIST. II. Periocha.

Non quit simpliciter Christus factura vocari,  
Quamuis hoc certa cōditione que  
at.

**S**impliciter & absq; determinatione dici non debet Christus factus, creatus, vel creatura, quippe per quem omnia facta sunt, atq; per hoc ipse factus absolutè dici nō potest. Nā alioqui ipsi Euangelium prædicatum diceretur, essetq; subiectus vanitati. Hæc etenim secundum scripturas omni conueniunt creaturæ. At de Christo ea  
abso-

93  
LIBER III.

194

absolute dici est absurdum. Verum  
tamen concedi potest addita de-  
terminatione. Est enim creatura,  
in quantum homo: & in quantum  
talis, esse cœpit. Verum ex hoc non  
sequitur, eum simpliciter esse crea-  
turam, aut cœpisse. Nam hoc esset  
procedere tropice à parte ad to-  
tum.

DIST. 12. Periocha.

Non potuit Christus quamuis cõ-  
mittere culpam,

At potuit fieri fœmina, factus ho-  
mo.

**A**D hanc vel similem, an ille ho-  
mo, scilicet Christus, esse cœpe-  
rit, nō est sine distinctione re-  
spondendum. Nempe si ad personā  
respicias, verum est eum semper  
fuisse: si verò ad naturam humanā,  
conceditur eum cœpisse. Per quam  
distinctionem & authoritates quę  
contrariæ videntur, vt quod Chri-  
stus est recens homo, & quod puer  
iste creauit stellas, absolui possunt.

Potuit

## DE HOMI. REDEMP.

Potuit autem Christus hominem aliunde assumere, quàm de genere Adam, sed ita fieri magis congruebat, ut sic diabolus vinceretur per aliquem de genere eius qui victus fuerat. Tametsi autem de genere Adam assumptus sit homo, tamen nec persona ipsius, nec natura assumpta, ut verbo unita, peccare potuit quamuis ut in se considerata. Nec obstat liberum eum arbitrium habuisse, cum nec in angelis confirmatis hoc peccabilitatē arguat. Quod etiam scriptum est, qui potuit transgredi, & non est transgressus, de membris Christi potius intelligendum est totum, aut solū pro vltima parte de Christo. Qui & sexum muliebrem assumere quidem potuit, sed virilem ex fœmina eum assumere, magis erat congruum, ut sic vtriusque sexus liberatio per eum fienda ostenderetur.

DIST. 13. Periocha.

Chri.

94  
LIBER III.

195

Christum virginea post quàm cō-  
ceptus in aluo est,  
Sic, nihil vt supra, cuncta habuisse  
simul.

**P**lenus fuit sapientia, & gratia,  
pac omnibus donis Christus, se-  
cundum hominem mox ab in-  
stanti, quando conceptus est, adeo  
vt nec amplius accipere posset. Nō  
enim est ei datus spiritus ad men-  
suram, & de plenitudine ipsius, vt  
puta capitis, secundum quandam  
similitudinem omnes reliqui ac-  
ceperunt. Nec contra hoc est, scri-  
pturas dicere eū in his profecisse.  
Nam hoc fiebat nō per augmentū  
talium successiuè accipiendum, sed  
secundum exteriorem & ampliōrē  
manifestationem. Quo etiam mo-  
do intelligēdum est, quod Ambro-  
sius dicere videtur, eum secundum  
sensum hominis profecisse, iuxta q̄  
scriptura insinuat eū parētes igno-  
rasse. i. sic se ad eos habuisse, quasi  
agni-

DE HOM. REDEMP.

agnitionis eorum tunc expers esset. Vel extra textū dici potest, de experimentalī hoc scientia accipiendum.

DIST. 14. Periocha.

Omnia Christi animam nouisse fatebimur omnes,  
Non tamen omnipotens ipsa fuisse datur.

**O**Mnia quæ Deus scit, anima Christi per scientiam ipsi collatam in verbo cognoscit: nec tamen per hoc scientiæ Dei æquatur, quando non ita perspicuè, vt deus ea intelligit. Nouit igitur omnia quæ Deus, quo ad numerum scitorum, non tamen quo ad sciendi modum. Ex hoc autem non sequitur, eam creare quid posse. Quamuis etiam creandi habeat scientiã, agnoscens quomodo mundus est creatus, non tamen creandi habet potentiam, cum sit creatura, quæ capax non est omnipotentiæ, qualis in creatione requiritur. Veruntamen

95  
LIBER III.

196

tamen iuxta Ambrosium, Christus omnipotentiam, quam filius Dei semper habet naturaliter, hanc dum filius hominis factus est, ex tempore accepisse dicitur, pro eo quod persona que verbi semper fuit, futura quoque erat persona hominis.

DIST. 15. Periocha.

Sustinuit nostræ Christus discrimina vite,  
Quæ sibi pro nobis congrua uisa pati.

**V**eram hominis naturam tam corporis quam animæ ratione passibilem Christus assumpsit cum utriusque defectibus pœnalibus, non quidem omnibus, sed his quos ipsum suscipere decuit, & salutis nostræ expediuit: secundum quod & intelligendæ sunt, si quæ scripturæ occurrunt, quæ cum omnes defectus præter peccatum assumpsisse asseuerant. Hinc dicere dolorem in carne, & in anima tristitiã veram passio

## DE HOMI. REDEMP.

passionis tempore Christum non  
sensisse, à veritate alienū est, & hæ  
reticum, ac si dicatur, ipsum nō ho  
minem verum, sed eius tantum si  
militudinem assumpsisse. Hinc ver  
ba Hilarij quę oppositum dicere vi  
dētur, sane intelligi oportet. Quos  
tamen defectus pœnales non coa  
ctē assumpsit, sed voluntarie, secun  
dum quandam quasi propassionē,  
qua mēs ipsius à rectitudine, & Dei  
contemplatione eisdem passionib.  
non fuit dimota.

DIST. 16. Periocha  
Sint tua Christe neci quamuis ob  
noxia membra,  
Hæc tamen inuitus non capis, imō  
libens.

**N**on modo moriendi aptitudi  
nē, verum & patiēdi in anima,  
& moriendi in corpore Chri  
stus assumpsit necessitatem, nō quī  
dem aliqua coactione, sed sponta  
nea voluntate. Nam nec nobis hæc  
necessitas prouenit ex natura, vt  
primō

96  
LIBER III.

157

primò instituta est, sed vt vitiata est ex peccato, quod Christus non habuit. Accepit autem de omni statu hominis aliquid ipse Christus, vt de innocentia statum, peccati immunitatem: de statu post peccatũ, defectus & pœnã: de statu sub gratia, eiusdem plenitudinẽ, & de statu gloria, impeccabilitatem, & dei contemplationem perfectam.

DIST. 17. Periocha.

Exorasse patrẽ semper ne credito Christum,  
Quando nec horroris transijt iste calix.

Secundum duas in Christo naturas, plures in eo fuisse voluntates ostenditur, secundum quarum aliquam à patre petiuit quod non impetrauit, ac non se impetraturum præsciuit, imo quod nec secundum aliam voluit. In eo namque voluntas diuina erat & humana, & hæc vltima duplex, rationis scili-

DE HOM. REDEMP̄T.  
scilicet & sensualitatis, secundum  
quā pati & mori refugiebat, quod  
tamen secundum diuinam volun-  
tatem, & rationē humanam vole-  
bat. Nec tamen per hoc in eo rebel-  
lio carnis ad spiritum erat vlla, quā  
nulla concupiscentia. Erat autem  
in eo sensualitas, vt in ipso nature  
humane veritas comprobaretur.  
Hinc & orauit, vt nobis orandi in  
necessitate exemplum relinqueret.  
Quamquam autē à patre sub con-  
ditione aliquid petierit, & ob id  
quasi dubitasse à sanctis dictus vi-  
deatur, hoc tamen intelligi sanè de-  
bet: id est, admodum dubitantis se  
habuisse.

DIST. 18. Periocha

Cum tibi, tū nobis meruisti Chri-  
ste: nec ortu,

Quam nece, crediderim te meruisse  
minus.

**M**eruit Christus per passionem  
suam non tantum nobis, vt  
quidam dicebant, sed etiam  
sibi

sibi: nobis quidem redemptionem  
& regni apertionem, & cætera: sibi  
uero & corporis immortalitatem,  
& animæ impassibilitatem, ac no-  
minis clarificationem, quã cū ani-  
mæ impassibilitate mox post ipsi-  
us à corpore separationem adeptū  
eum esse, quamuis Magister sub du-  
bio relinquit, per alios tamē astrui-  
tur. Hæc autem prædicta non tan-  
tum in passione, verum & à conce-  
ptionis suę initio meruit, quod ita  
posse, ex gratiæ & uirtutum habu-  
it plenitudine. Vnde nec in merito  
proficere potuit, quo ad meriti ef-  
ficaciam, sed solum quo ad nume-  
rum meritorum, idem scilicet plu-  
ribus modis merēdo. Hinc & licet  
acceperit impassibilitatē post mor-  
tem, antè tamen absolutè loquen-  
do, non minus beatus fuit, quãuis  
secundum aliquid, scilicet secundū  
omnis miserię immunitatem. Hinc  
etiã quod Deus uocetur, ante mor-  
tem habuit. Et quod Apostolus

## DE HOMI. REDEMP.

hoc ipsi per passionis humilitatē collatum dicit, quo ad innotescen-  
tiam intelligi debet. Quod etiam  
Ambros. dicit id ipsum nomen do-  
natum ipsi Deo, Augustin. aut ho-  
mini, diuerso id dicūt respectu. Pri-  
mus namq; loquitur respectu natu-  
ræ, alter gratiæ. Ea autem quæ sibi  
Christus meruisse dictus est, sine  
merito (supposita mortalitate &  
passibilitate quã assumpserat) habe-  
re non potuit, quamuis talem na-  
turam assumere poterat, vbi illa si-  
mul accepisset, & sic nec meruisset,  
& nomen suum aliter potuerat cla-  
rificare. Sic etsi redemptionem no-  
stram intelligendum est ipsa alia  
via, quam per passionem procura-  
re potuisse, illa tamen videtur con-  
gruentior.

### DIST. 19. Periocha.

Christus ineuicta natura perculit  
hostem,  
Ut nobis tanto charior inde fo-  
ret.

*Per*

**P**er passionem & mortem suam  
Christus à peccato, & diabolo  
nos redemit, q̄ charitatis suæ  
magnitudine charitatem in nobis  
vicissim accendi voluit, vt per fi-  
dem passionis & mortis eius qui se  
sacrificiū pro nobis obtulit, dicto-  
rum malorum euasionem adipisca-  
mur. Factus enim est homo, vt per  
mortem suam diabolum iustè vin-  
ceret in natura prius victa, sicq; &  
à pœna æterna nos liberauit: quia  
culpam pro qua pœna debetur, sua  
morte destruxit, temporalē quoq;  
tandem ablaturus. Est proinde ob  
vsum potestatis & operis expletio-  
nem, Christus propriè humani ge-  
neris redemptor, quāuis primum  
& patri & spiritui sancto conueni-  
at, Quapropter & pater, & spi-  
ritus sanctus redemptor quando-  
que nuncupatur. At mediator Dei  
& hominum solus ipse est, & non  
pater neque spiritus sanctus, secun-  
dum quod etiam nec CHRISTVS  
I 2 dici-

**DE HOM. REDEMPT.**  
dicitur secundum diuinitatem, sed  
secundum naturam assumptā, qua  
& minor patre, & caput hominum  
esse probatur.

**DIST. 20. Periocha.**  
Etsi aliter potuit Deus instaurare  
salutem,  
Congruit in primis mors tua Chri-  
ste tamen.

**A**Lio quidem modo quā per  
Christi passionem, deus cui po-  
testati omnia subsunt, homi-  
nem liberare potuisset, sed nullus  
alius infirmitati nostrę sanandę fu-  
erat conuenientior. Hoc enim mo-  
do voluntas hominis per amorem  
magis in Deum dirigitur, & iusti-  
tia manifestius est obseruata in vi-  
ctoria diaboli, qui cum Christum  
occiderit nullam in eo mortis cau-  
sam reperiens, potestatem vsurpa-  
tam in omnes fideles iure amisit.  
Neq; tamen etiamsi Deus (quod po-  
tuit) vno nutu hominem redemis-  
set, iniuria alicui esset illata qui p-  
pe

pe in cuius manu vniuersa confi-  
stunt. Christus ergo hostiam & pre-  
cium redemptionis nostre seipsum  
offerens, per passionem suam cau-  
sa fuit effectiua & author reconci-  
liationis humanæ, pro omnibus  
quidem sufficienter, efficienter ve-  
ro pro electis tantum. Qui & cum  
ad passionem traditus sit à seipso,  
à patre, à Iuda, & à Iudeis: hi tamē  
vltimi quamuis opus eorum ope-  
ratum bonum esset, habito respe-  
ctu ad operantium intentionem,  
pessimum egerunt facinus, inno-  
centissimum dominum ex iniqui-  
tate offerentes, quem pater ac ipse-  
met seipsum ex maxima obtulerāt  
charitate.

DIST. 21. Periocha.

Quanquam mors animam Christi  
de corpore trahit.

Ipsa tamen deitas mansit utrique  
comes.

**I**N Christi passione diuinitas ab  
anima ipsius siue etiam à carne  
I 3 separa

DE HOMI. REDEMP.  
separata non fuit. Quod aut̄ Chri-  
stus in cruce derelictum se clamat  
à Deo, intelligēdum, non quod v-  
nio personalis soluta fuerit: sed  
quia auxilium defensionis huma-  
nitati ad tempus erat subtractum.  
Et hoc etiam modo capiendum est  
dictum Ambrosij, quod oppositum  
videtur sonare. Quod etiam Atha-  
nadius dicit hominem reassumptū  
in resurrectione, & sic in morte de-  
positum, dicitur nō quasi vnio per-  
sonalis fuerit soluta, sed quia ani-  
ma à corpore per mortem fuit se-  
parata. Vnde & verè mortuus pro-  
batur. Hinc & filius Dei passus dici-  
tur & mortuus, propter propieta-  
tum vtriusque naturæ communi-  
cationem, qui tamen secundum di-  
uinitatem impassibilis est & immu-  
tabilis. Ex quo etiam passus & non  
passus, mortuus & non mortuus di-  
ci potest, diuersorum respectu.

DIST. 22. Periocha.

Non tibi verū hominē persuadeat  
ipse Magister Chri-

100  
LIBER III.

201

Christum sub tumuli colle fuisse sa-  
cri.

**I**N triduo mortis suæ Christus se-  
cundum Magistri sententiã fuit  
verus homo, vera ipsius morte  
non obstante: nec tamen dicendus  
fuit tunc homo mortalis vel im-  
mortalis, quod ipse solum in puris  
hominib. locũ habere dicit. Ex q̄ &  
concedit, quod & in sepulchro &  
limbo Christus tunc fuit homo, q̄  
ibi erat secundum hominem, non  
tamen per hoc vbicunque fuit ho-  
mo, eo quod non secundum quod  
homo, sed secundum quod Deus,  
est vbique. Hæc autem vult sequi  
ad inseparabilem vnionem huma-  
nitatis **CHRISTI** ad personam  
verbi, respondens ad rationes in-  
oppositum. Sed in his non tenetur  
ab alijs, qui & vt veras rationes il-  
las assumunt, scilicet quia Christus  
in quantum homo, vere mortuus  
erat, homo autem mortuus, non  
est homo, & sic de alijs. In illo

## DE HOMI. REDEMP.

tamen triduo Christus totus fuit  
in sepulchro, & totus in limbo, quā  
uis non totum. Per verbum enim  
totū representatur persona, per to-  
tum autem natura. Persona autem  
ipsius cum sit inuisibilis, non fuit  
maior coniunctis inter se anima &  
corpore, quā separatis, quæ tamē  
ipsa per mortem non reliquit. Sed  
& filius hominis, seu ille homo, sci-  
licet Christus, venit de cælo & est  
vbique, & filius Dei crucifixus est,  
&c. per cōmunicationem idioma-  
tum, respiciendo scilicet ad perso-  
næ vnitatem. Et hæc tantū de ver-  
bi incarnatione.

DIST. 23. Periocha.

Quicquid ad æternę spectat decre-  
ta salutis,

Hoc si oculi nequeant, iudicat al-  
ma fides .

**O**ccasione dictorū de plenitu-  
dine gratiæ Christi, inquiren-  
dum est de fide, spe, & charita-  
te. De quarum prima aduertendū,  
quod

107  
LIBER III.

202

quod ipsa est virtus, qua creduntur  
 ea quae non videntur: quae quidem  
 capta vel pro credibili, vel habitu  
 informi, non est virtus, sed dum est  
 habitus charitatis informatus, quo  
 modo est in solis iustis. Cum etiam  
 aliud sit credere Deum, & credere  
 Deo, ac credere in Deum: primis duo  
 bus modis etiam peccatoribus. imo  
 & demonibus credere competit, &  
 est nihilominus donum Dei. Ter-  
 tio autem modo non competit ni-  
 si fidem formatam habentibus. Hoc  
 enim modo credere, est per opera  
 bona in Deum ire. At in habente fi-  
 dem informem charitate superue-  
 niente, utrum ea maneat & formetur,  
 an ea depulsa alia succedat, questio  
 est, licet prius magis dicendum vide-  
 tur. Est autem una tantum confitenda  
 esse fides, siue pro credibili fides ca-  
 piatur, siue pro habitu. Hic enim  
 est in uno idem numero, in diuer-  
 sis autem saltem idem specie. Quae-  
 vis autem ea quae credimus, aperte

I S non

## DE HOMI. REDEMP.

non videmus, credere tamen nos  
intellectualiter cognoscimus. Est  
enim fides (secundum Apostolum)  
de sperandis rebus & non apparen-  
tibus. Quæ fides etsi conuenien-  
tiam quidem aliquam habet cum  
spe, magis tamen ab ea differt. Un-  
de & definitio fidei, spei proprie  
non conuenit. Quod autem Magi-  
ster inducit de charitate hominis,  
quod sit spiritus sanctus, non tene-  
tur, vt & supra lib. I. habitum est.

DIST. 24. Periocha.

Credita sint oculis quamuis inco-  
gnita nostris,

Nota aliquo certum est attamen es-  
se modo.

**F**ides & si iuxta prædicta proprie  
non sit nisi de non visis, eam ta-  
men largè sumendo, quandoq;  
etiã credere dicimur quæ videmus,  
quomodo Christus ait: Vt cum fa-  
ctum fuerit, credatis. Verum hic a-  
gitur de fide proprie dicta. Quod  
etiã Augu. dicit fidẽ esse de reb. præ-  
sentib.

sentibus, accipit ipse fidē pro mercede fidei in patria accipiēda. Hinc Petrus fidem passionis Christi habuit, non quia hominem mori vidit, sed quod hunc Deum esse credit, sicut nec nobis p̄ hoc fides meretur, quod credimus hominē crucifixum, mortuum, sed quod eū credimus esse Deum. Quamuis autem fides non sit de cognitis visu exteriori, oportet tamen credita (secū- dum Augustinum) per intellectum aliq̄ modo apprehendi: quod tā de his quæ sciri non possunt nisi credita, quā etiam de his quæ nisi scita aliquo modo non creduntur, verum esse probatur. Creditur ergo q̄d ignoratur, non tamen penitus.

DIST. 25. Periocha.

Quicumq; æthereas vsquam conscēdit ad arces,

Hunc mediatoris iuuit aperta fides.

**O**Mni tempore mundi, fides homini ad salutem fuit necessaria

I 6 rias

## DE HOMI. REDEMP.

ria: nec sufficebat credere Deū esse  
& in se sperantium remuneratōre  
fore, sed & mediatoris fidem habe  
re oportuit, quæ tamen fides arti  
culorum distincta cognitiōe, & cre  
dentium constantia & deuotione  
creuisse probatur. Quæ & de vete  
ris testamenti hominibus intelli  
gi debent, quorum nullus sine fide  
mediatoris saluari poterat, quam  
uis quod nos in hoc factum credi  
mus, ipsi credebant esse futurum.  
Veruntamen simplices implicite  
hoc credebant in fide maiorū, qui  
bus hoc expressius erat reuelatū, si  
cut & modo maiores eadē expres  
sius credere oportet. Credi autem  
tunc secundum quosdam expresse  
oportuit mediatoris natiuitatem,  
mortem, resurrectionem, & iudi  
cium: secundum alios autem, suffi  
ciebant primum & vltimum cū fi  
de trinitatis. Quam fidem & Cor  
nelius Centurio habuit: vnde &  
Deo acceptus erat, quamuis Chri  
stum

frum iam venisse nesciret, pro quo  
& denunciando Petrus ei missus fu-  
it. Vbi & aduertendum, fidem, spē,  
& charitatem, secundum operatio-  
nem interiorem in præfenti æqua-  
liter intendi: inter quas tamē cha-  
ritas maior dicitur, quia alijs eua-  
cuatis in futuro, ipsa manet, & est  
mater aliarum. Dicuntur autem fi-  
des & spes charitatem præcedere:  
nō quidem causa aut tempore, sed  
quia illa sine istis esse non potest,  
cū istę sine hac aliquo modo, et si  
infructuose, & non pie, cohæreant.

DIST. 26. Periocha.

Spes sacrata fidem comitatur passi-  
bus æquis,  
Quam de non visis rebus habere  
soles.

Spes in quantum virtus est, spiri-  
tualia, & æterna respicit bona,  
cū sit certa expectatio futurę  
beatitudinis: ex Dei gratia & meri-  
tis præcedentibus proueniens. Nā  
sine meritis eam sperare, non spes,  
I 7 sed

## DE HOMI. REDEMP.

sed præsumptio est. Et hæc cum fide quidem cõuenit, eo quod est de inuisibilibus, de quib. tamen fides est, vt non visis: spes autem, vt nõ habitis, in quo differunt, sicut & in hoc quod fides indifferenter est de bonis & malis, præsentibus, præteritis & futuris, de suis ac alienis: spes verò de bonis tantum & futuris ac ad se pertinentibus. Porro in Christo etiam pro huius vitæ statu neutra harum fuit, cum clarissimè Deum viderit, & bona æterna comprehenderit, qua ratione nequæ sunt in beatis. Christus autem quædam sperasse & credidisse dicitur, quia firmiter eis assensit. At patres in limbo eas virtutes habebant, quousq; Deum non videbant,

### DIST. 27. Periocha.

Quæ duo præcipuè tibi sunt ad-  
manda, doceris  
Isthic, & virtus quanta sit ipsus a-  
mor,

Cum

**C**um tam eximiam & incompara-  
bilem Christus charitatem  
habuerit, qua maior esse non  
possit, qua & animam suam pro no-  
bis posuit, & ad dilectionem nos p-  
uocauit: ideo de charitate primo  
sciendum, quod ea est qua Deum di-  
ligimus, & proximum propter De-  
um: quæ quamuis vna sit, gemina-  
tur tamen ob duo dilecta, Deum,  
scilicet & hominem, Vnde & duo  
de ea dantur præcepta, quia & duo  
sunt propter motum duplicem in  
ipsa dilecta. Hoc tamen quod Ma-  
gister dicit, dilectionem esse spiri-  
tum sanctum, accipiatur vt supra.  
Præcipitur autem nobis & chari-  
tas habenda, & modus ipsius seruã-  
dus insinuatur, qui est vt toto cor-  
de, &c. Deum, diligamus: proximũ  
propter Deum qui licet rebellione  
carnis impediende in hac vita im-  
pleri perfectè non possit, non ta-  
men frustra datum est mandatum.  
Neque enim aliquis curreret, nisi  
sciret

## DE HOMI. REDEMP.

sciret quo currendum esset. In patria ergo hinc inchoatum implebitur. Ambo denique charitatis præcepta adeo connexa sunt, ut vnum absque altero impleri non possit. Vnde & vnum pro vtrisque quandoque ponitur.

DIST. 28. Periocha.

Demandata foret quavis dilectio nulla,  
Corporis ac animæ certa tenenda tamen.

**Q**uicquid diligere ex charitate oportet, in dictis duobus de dilectione mandatis continetur. Quatuor enim ex ea diligenda tradit Augustinus. Quæ sunt, Deus supra nos, proximus iuxta nos, anima nostra, & corpus quod est infra nos, de quibus tamen ultimis duobus, præcepta dari non oportuit: quia in alijs implicantur, & ipsa diligere naturaliter homini insertum est. Neque enim viri iusti corpus macerantes, ipsum ob se, sed

sed ob corruptiones ipsius odiunt.  
Nomine autē proximi quilibet cui  
beneficium conferendum est, atq;  
per hoc omnis homo intelligi de-  
bet, quod & ex parabola Domini  
de semiuivo patet. Insuper & is à q̄  
accipitur. Hinc angeli qui multa  
nobis bona impendūt, proximi no-  
stri cēsendi sunt, ac diligendi. Quā-  
uis autem à deo omnia habeamus,  
ipse tamē proximus noster nō est,  
sed incomparabiliter excellētior.  
Hinc dilectio supra nosmetipsos,  
& maxima ipsi debetur. Homo etiā  
Christus quamuis nomine proxi-  
mi contineatur, magis tamen eum  
quàm nos pro sui excellentia dili-  
gere debemus, licet minus tamē q̄  
Deū: quia in hoc eo minor est. Ad-  
uertendum quoq; quod alter alte-  
rius proximus dici potest, aut s. cō-  
ditione primæuę originis, vt sunt  
omnes homines: aut spe conuersio-  
nis & saluatōis, vt sunt nō modo  
ad fidem conuersi, sed etiā cōuertī-  
biles:

DE HOMI. REDEMP.

biles: aut propinquitate cognationis, vt sunt nobis sanguine specialiter iuncti: & ratione benefice subuentiois, quales sunt sancti angeli.

DIST. 29. Periocha.

Quemlibet affectu simili deamare,  
vel æquo

Quemlibet effectū, lex data nulla  
iubet.

**D**ilectionis ordo deposcit, vt diligantur diligenda, alijs posthabitis. In diligendis quoque plus diligatur id, qd plus diligibile est, sic vt primum & super omnia diligatur Deus, dehinc anima propria, deinde proximus, & ultimo proprium corpus. De proximis aut opinantibus quibusdam, quod affectu quidem omnes equaliter diligendi sunt, nō autem effectū: alijs vero tam affectu, q̄ effectū æqualiter eos diligendos, dicentibus: Magister tertiam amplectitur viam, vt scilicet nec affectu, nec effectū equaliter sint diligendi, cum ordo  
absq̄

absq; inæqualitate esse non possit,  
 & effectus affectui cæteris paribus  
 respondere debeat. Ea autem quæ  
 in oppositum videntur, intelligen-  
 da veniunt, pro quanto ad idem  
 beatitudinis bonum omnes dilige-  
 re debemus: non tamen æquali o-  
 portet affectu id fiat, sed meliores  
 amplius. Sunt proinde boni extra  
 nei in hac vita plus diligendi, quã  
 parentes mali, cum vinculo chari-  
 tatis sint nobis coniunctiores. Ini-  
 micos quoq; dominus nos diligere  
 iubet ob bonum naturæ, quod in  
 omnibus diligendum est, & vt ad  
 bonum moris conuertantur: vitiũ  
 autem in eisdem, immo & in paren-  
 tibus odiendum. Itaq; sunt hi cha-  
 ritatis gradus quatuor.

DIST. 30. Periocha.

Maius habet meritum chari dile-  
 ctio fratris,  
 Quam tenet aduersi frigidus ho-  
 stis amor.

Ami-

DE HOMI. REDEMP.

**A**micorum dilectio simul cū inī  
micorum dilectione magis est  
meritoria, q̄ ea quæ est amico-  
rum ad vtrasq; comparata: si tamē  
quælibet per se consideretur, ma-  
gis meritoria est ea quæ est amico-  
rum, quia feruentior. Quod autem  
Augusti. eam quæ est inimici, dicit  
esse meliorem, intelligendum est si  
mul cum amicorum dilectione ac-  
ceptam. Nec valet opinio, qua qui-  
dam putabant charitatem haberi  
posse absq; inimicorum dilectiōe,  
occasionem sumētes ex verbis Au-  
gustini, qui dicere videtur inimi-  
corum dilectionem esse perfectio-  
rum, & c̄, Præceptum enim de dile-  
ctione extendit se ad omnes gene-  
raliter. Et quod August. dicit, intel-  
ligendum est de perfecta inimico-  
rum dilectione, per quod nō exclu-  
ditur, quin & alij suo modo  
eos diligere possint &  
teneantur.

DIST. 31. Periocha.

Sæpius

107  
LIBER III.

208

Sapientius in terris diuinum perdit amorem,

Quem tamen in cœlis perdere nescit homo.

**N**on est necessarium, charitatē semel habitam semper permanere : sed habita amitti potest, & amissa recuperari : sicq; à damnādis quandoq; habetur, & à prædestinatis quandoq; temporaliter amittitur, non autē finaliter, vt gratia Dei nō recuperetur. Quæ verò ex Apostolo & alijs cōtrā allegari possunt, intelligi debent de charitate perfecta, & secundum finalem charitatis effectum. Licet autem & fides & spes in patria tam quo ad habitum, quàm actum, sint euacuanda, sicut & scientia quo ad actū destruetur, substantia ipsius manēte, charitas tamen quo ad vtrunq; manebit. Quæ & charitas secundum modum patriæ in Christo fuit. Vnde & modum charitatis eorum qui sunt in patria, ipse adhuc in via seruauit,

DE HOM. REDEMPT.

uauit, ita scilicet, vt electos sicuti seipsum, ad vitam æternam, dilexerit, eorumq; salutem iuxta diuinam optauit voluntatem.

DIST. 32. Periocha.

Non est vnus amor, licet asserat ipse Magister,

Quo calet omnipotens, & pius ardet homo.

**D**E dilectione dei dicere volens Magister, ponit eandem esse charitatem increatã, qua ipse Deus nos diligit, & qua nos eũ diligimus, scilicet diuinam vsiam seu essentiam: quod quidem ex parte Dei certum est, ex parte autem nostra, nisi & habitum esse concedat charitatem in mente diligentis à spiritu sancto infusum, non conceditur: de quo & supra dictum est. Præfata autem dilectione Deus vna eademq; omnia creata ab æterno æqualiter dilexit ipsam in se cõsiderando, vtputa quæ est æterna & immutabilis dei essentia: quæ  
nec

LIBER III.

nec magis nec minus suscipere potest. Secundum efficientiam autem id magis ab æterno dilexisse dicitur, cui in tempore absq; sui mutatione plus boni impartitur. Vnde & secundum effectum vnum plus vno tempore, quàm alio diligere dicitur. Quod autem de electis astruitur, absolute deum eos ab æterno dilexisse, de reprobis non conceditur, nisi cum additiõe, scilicet, in quantum opus eius erāt futuri.

DIST. 33. Periocha.

Quatuor egregias sanctæ moderamine vitæ

Virtutes, Christum nemo habuisse negat.

**V**irtutes cardinales seu principales, quatuor sunt, scilicet iustitia, quæ (vt Augu. loquitur) est in subueniundo miseris: prudentia, quæ est in præcauendis infidijs, fortitudo, in perferendis molestijs: temperantia, in coërcendis delectationib. prauis: quibus quidē in hac vita

REDEMP  
vt electos  
æternam, dil  
tem iuxta diu  
ratem.  
Periocha.  
lucet asserat i  
& pius ar  
e dei iure volens  
ponit eandem esse  
in creatis, quia ipse  
& quia nos eū dil  
diuinam vitam seu  
quidem ex parte  
ex parte autem co  
bitum esse concedit  
mente diligens &  
in futurum non conce  
& super dictum est.  
in dilectione Deus v  
omnia creata ab æter  
dilexit ipsam in se cō  
puta quæ est æterna  
s dei essentia: quæ  
dei

## DE HOMI. REDEMP.

vita bene viuitur, & post hanc vitam peruenitur ad æternam. Et hæc in Christo plenissime fuerunt secundum usum quem habent in patria, atque etiam secundum eum quem habent in via, quo ad passiones ab extrinseco illatas. Quæ etiam virtutes in patria remanebunt, quantum ad habitum, quamuis alium ibi usum sint habituræ.

DIST. 34. Periocha.

In Christo patriæ castum nituisse timorem,

Flaminis ut sacri cætera dona, reor.

Secundum Ambrosij sententiam de donis spiritus sancti dicendum est, ea virtutes esse, operationem videlicet humanam perficientes: quæ sunt septem, scilicet donum sapientiae, intellectus, consilij, fortitudinis, scientiæ, pietatis, & timoris. Quæ tantum abest, ut sint in patria defituri, ut etiam multo abundantius à beatis (secundum alios tamen a-

ctus

109  
LIBER III.

210

Etus quā in via) habeantur. Quæ & ipsæ in Christo erant, iuxta Esaiæ vaticinium, Requiescet, inquit, super eum spiritus sapientiæ. Ea autē in patria permansura, cum de alijs minus dubij habeat, de timore specialiter ostenditur, de quo tamen & scriptura dicit, Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Vnde & ipse ibi erit, non modo per effectum, verū & secundum habitum. Sed est timor multiplex: Nempe alius mundanus siue humanus dicitur, & hic malus est & deuī tandus. Eo enim contra Deum timentur carnis pericula, & temporalis amissio bonorum. Alius autē dicitur seruilis, quo scilicet à peccato se quis cohibet ad pœnam vitandam: qui bonus quidem est, sed insufficiēs. Initialis uero est, q̄ quis amare iam incipit quod durum vī debatur, & sic pro deo peccata deuī tat, tametſi & ipse respectū ad pœnam habet. Et ille est cū charitate,

K

quæ

## DE HOMI. REDEMP.

quæ seruilem timorē excludit. Est  
deinde & timor castus & filialis  
seu amicabile, qui de amore proce-  
dit, quo ne dilectum quoquo mo-  
do offendat, quis timet. Hæc ergo  
sunt quatuor timoris genera, quā-  
uis authores quidam pauciora di-  
stinxerint. Hinc & diuersus loquen-  
di modus prouenit. Etsi aut timor  
seruilis cum charitate non sit, ei ta-  
men locum præparat, & ei cedit,  
vt in simili de seta & filo apparet.  
Sub hac distinctione id quod Ioan-  
nes Apolto ait, timorem in chari-  
tate non esse: Dauid aut dicit, timo-  
rem in sæculum permanere, aper-  
ta est utriusq; veritas, si primū de  
seruili, alterum de casto accipiatur  
timore. Quorum etiam distinctio  
accipi potest à simili de muliere, v-  
na adulterium deuitante, ne à vi-  
ro deprehendatur, & altera ne ab  
ipso deseratur. Initialis aut timor  
inter hos medius est quodammo-  
do. Nam peccare cauet partim pec-  
cati

cati horrore, partim & virtutis amore: qui etiam vna cum seruili initium sapientiæ dici potest, alio tamen respectu: quia scilicet cum sapientia seu charitate venit, quam seruilis, vt dictum est inducit, Porro vero donū timoris in patria, vt prædictum est, permansurum, in Christo fuit secundū actum reuerentiæ. Qui & quamuis pœnam timuerit, non tamen per hoc mundanus vel seruilis vel etiam initialis in eo esse potuit, ob perfectissimam ipsius charitatem. Pœnas autē timuit ex naturali quodam timore, qui ex peccato inoleuit, quē ipse sicut & alios defectus, sine tamē peccato, voluntariē pro nobis assumpsit.

## DIST. 35. Periocha.

Est distincta alijs præclara scientia donis,  
Numine quam sacro dicimus esse datam.

K 2 Etsi

DE HOMI. REDEMP.

**E**tsi tam sapientia quàm scientia, prout dona sunt spiritus sancti, diuinarum humanarumq; rerum notitia dici possint, proprie tamen sapientia diuinarum, scientia autem est rerum humanarum. Quæ etiam sapientia theosebia appellatur, hoc est Dei cultus, quo videlicet Deum agnoscimus & amamus, scientia vero à malis abstinemus. Hinc ad supernorum contemplationem illa pertinet, ista vero, ad temporalium actionem. A sapientia etiam intellectus per hoc distinguitur, quod cum hæc de rebus sit æternis, iste de rebus etiam est ex tempore ortis, quodq; sapientia de cognitis per eam delectamur: at non sic intellectu, quo res tantum apprehendimus. Sic igitur scientia valet ad temporalium rerum rectam administrationem, & ad bonam inter malos conuersationem, intelligentia vero ad creatoris & creaturarum inuisibilium speculationem, sapi

LIBE

scientia vero  
contemp  
tionem. Qu  
sancti spiri  
sunt nomi  
ex hoc ip  
Nec dicit  
magis dor  
DIST.  
guntur v  
mina nexu  
periere  
charitat  
mater  
legis, virtu  
licet, ita c  
habuerit  
bus careat  
hoc mo  
ites, verum  
vna inten  
onabiliter  
es sunt in ali  
res esse comp  
cipi debent

sapientia verò, ad solius æternæ ve-  
ritatis contemplationem & dele-  
ctationem. Quæ quidem vt dona  
sunt sancti spiritus, ab eis quæ à na-  
tura sunt nominibus eisdem appel-  
lata, ex hoc ipso differunt, & ea per-  
ficiunt. Nec dicta sapientia Deus est,  
sed magis donum est ipsius.

DIST. 36. Periocha.

Iunguntur valido virtutum ger-  
mina nexu,

iam pericere oēs, si perit vna tibi.

**I**n charitate quæ virtutum omni-  
um mater est, & totius plenitudo  
legis, virtutes reliquæ, infusæ vi-  
delicet, ita connexæ sunt, vt qui v-  
nâ habuerit, habeat omnes: & om-  
nibus careat, qui caret vna. Nec tã-  
tùm hoc modo connexæ sunt vir-  
tutes, verùm & sunt æquales, ita  
vt vna intensa, & reliquæ propor-  
tionabiliter intendatur, vt qui pa-  
res sunt in aliqua, in alijs quoq; pa-  
res esse comprobentur. Quæ tamẽ  
accipi debent, quò ad habitum in

K 3 ani-

## DE SACRAMENTIS

in animo existentem. At in actu exterius hoc fieri non oportet. Hinc quod Abraham in fide, in patientia Iob, in mansuetudine Moyses, & sic de alijs, excelluisse dicitur: quo ad usum & per comparationem ad alios, venit intelligendum: non autem quasi singulis singulas has virtutes intensius habuerint. Hæc tamen extra textum de æqualitate proportionis oportet intelligere: unde per hoc non excluditur, virtutem unam alia esse maiorem, & charitatem omnium primam. Neque per hoc peccata paria esse oportet, cum unum charitati amplius contrarium inueniatur. Porro ad Dei & proximi charitatem omnia decalogi præcepta reducuntur, ad quæ & moralia omnia ex decalogo manantia, ceremonialia quoque legis veteris spiritualiter intellecta, referri debent.

DIST. 37. periocha.

NA

Nil præcepta iubent tabulis con-  
scripta duabus,  
Quàm tibi perpetuus rite colatur  
amor.

**D**ecem sunt decalogi præcepta,  
quorum tria (scilicet primæ ta-  
bulæ mandata) ad Deum: reli-  
qua verò septem (quæ secundæ ta-  
bulæ dicuntur) ad proximum nos  
habēt ordinare. Vnde primum pri-  
mæ tabulæ præceptū (quod de cul-  
tu vnius Dei existens, quamuis Ori-  
genes diuidat, Aug. tamen vnū esse  
ostendit) ordinat ad patrē, in quo  
est vnitas & authoritas. Alterū autē  
quod est de non assumendo in va-  
num nomine dei, allegoricè filium  
patri æqualem significans, ordinat  
ad filiū, in quo est equalitas. Tertiū  
verò, quod est de sabbato sanctifi-  
cando, id quod significat abstinētiā  
à vitijs pro futura quiete adipiscē-  
da suscipiendam, ordinat ad spiri-  
tum sanctū, cuius charitate nos eā  
obtimeamus, per quem & sancti-

## DE HOMI. REDEMP.

ficamur. Secundæ verò tabulæ primum præceptum, honorem & in casu prouisionem parentibus exhibendam indicit: Secundo prohibetur corporale & spirituale homicidium. Tertio mœchia exploditur, & omnis membrorum genitalium abusus. Quarto cauetur furtum & rapina & omnis iniuriosa alienæ rei usurpatio. Quinto crimen mendaciæ & periurij interdicitur de quorum utroque cum paulo fusius deinceps actum erit, tum denique de reliquis duobus præceptis infra differetur.

DIST. 38. Periocha.

Impia se pandunt octo mendaciarum,

Crimine quæ semper corda ferire solent.

**T**Ria sunt mendaciæ genera, officiosum. s. quod salute aut commodo fit alicuius absque malignitate: quale fuit illud obstetricum & Rachab Ierichuntinæ. Iocosum, quod nec fallit, sed scitur causa iocandi

LIBER III.

214

ei dictum. Et perniciosum, quod  
 scilicet ex malignitate & fallendi  
 animo procedit, quod omnib. mo-  
 dis fugiendum est. Prima autem  
 duo etsi leuia sunt, non tamen sunt  
 sine culpa. Quod autem dominus  
 obstetricib. & ipsi Rachab bene fe-  
 cisse legitur, hoc nō fiebat propter  
 mendacium, sed ob misericordiam  
 populo Dei exhibitam. Neq; vero  
 idcirco hoc de alijs peccatis in con-  
 sequentiam trahendum est: alioquē  
 detestanda sequi manifestum est.  
 August. autem octo mendaciorum  
 genera discernit, quæ tamē omnia  
 ad tria reducuntur præfata. Est au-  
 tem differentia inter mētiri & mē-  
 daciū dicere, cū hoc quidem sine  
 falsitate, illud autem nequaquam  
 fieri possit. Sed & quisquis menda-  
 cium loquitur, mentitur, & si non  
 contra. Hinc falsum loquens verax  
 esse potest, cū scilicet loquit id qđ  
 cordi sibi est: & e contrario Iudeus  
 Christum dicens esse Deum, menti-

K 5 tur

## DE HOMI. REDEMP.

tur quidem, quia non credit: non tamen loquitur mendacium, quia verum est quod dicit. Omne igitur mendacium peccatum est, tametsi unum altero grauius, qui grauitatis ordo per comparisonem ad id quod fit in doctrina fidei accipi potest. Ex his etiam patet, non idem esse mentiri & errare, cum hoc absque peccato quandoque esse possit.

DIST. 39. Periocha.

Qui iuramentis mendacia dicta tueretur,

Is periuro animam polluit ore sua.

**C**omites suos iusiurandum seu iuramentum habere debet, veritatem scilicet, iudicium & iustitiam: qui si defuerint iuramentum fit periurium. Hinc peierare eum constat qui fallendi voluntate falsum iurat: eumque qui iuramento falsum affirmat, quamuis ipse verum putet: eum quoque, qui cum verum sit quod iurat, putat tamen falsum esse, ubi quamuis mentiatur iurans, non tamen

114  
LIBER III.

215

men est mendacium, vt ex supra dī  
ctis patet. Periurat autem nihilo-  
minus talis. Iuramentum enim fa-  
cit fallendi intentione. Qui autem  
iurat se aliquid præstiturum, quod  
tamen non dat, periurus non est, nī  
si mutando propositum, aut termi-  
num transgrediendo. Quanquam  
autem iurare non semper sit malū  
seu illicitum, iurare tamen falsum,  
est grande peccatum, nec sine pec-  
cato est, citra necessitatem etiam  
verum iurare. Ex necessitate au-  
tem super aliquo licito iurare, be-  
ne licet, vt cum innocentis probi-  
tas per hoc ostendi debet, & sic de  
alijs. Per creaturas autē iurare, per-  
fectis quidem Magist. dicit licitū,  
nō autem imperfectis. Per quas ta-  
men iurans minus obligatur, q̄ iu-  
rans per deum. Per falsos quoq; de-  
os etiam verū iurans infidelis, pec-  
cat: quo tamen eius iuramēto sine  
peccato ad bonum fidelis vti po-  
test. Nō autē iuramenta in malum

## DE HOMI. REDEMP.

exitum vergentia, obseruāda sunt.  
Neq; tamē callida arte verborum  
deceptoric iurans, neq; alterum pe  
iurare scienter cogēs, à mortali ex  
cusatur; secus autem, si exigat ideo  
vt fidem de re iurata habeat. Hęc  
enim humana est tentatio. Est au  
tem iuxta ecclesię decretum, ad iu  
ramentum solenne ieiuno stoma  
cho accedendum, nisi pro pace fiat  
aut periculum sit in mora.

### DIST. 40. Periocha.

Furti & adulteriꝝ prohibet lex edi  
ta factum,

Quum desiderium lex vtriusq; ve  
tat.

**S**extum vltimę tabulę præceptũ  
& ordine decalogi nonũ, quod  
est de non concupiscenda pro  
ximi vxore, & præceptum finale de  
non appetēda qualibet re alterius,  
differunt à duobus prioribus mœ  
chiam & furtum prohibentibus. In  
his enim prohibita sunt opera, in  
āllis verò cōcupiscentia, ac per hoc  
actus

LIBER III.

216

actus interiores. Quod autē lex vē-  
tus manum tm̄ cōprimere dicitur,  
non animum, quo ad cērimonialia  
intelligi potest: vel etiam quod nō  
ita generalis fit prohibitio concu-  
piscentiæ, sicut in lege noua, quę &  
ideo vtrunq; comprimere dicitur.  
Littera autem occidēs lex vetus di-  
citur, eo quod cōcupiscentiam quī-  
dem mādato occasionaliter auget,  
nec gratiam tribuit, quæ per Euan-  
gelium datur abundantius. Hic &  
littera legis ab Euāgelio distare di-  
citur, quia in eis diuersa promissa,  
sacramenta diuersa, diuersa quoq;  
non quidem moralia, sed cēre-  
monialia inueniuntur  
præcepta.

Libri tertij finis.

K 7

Com.

Compendium memoriale libri  
quarti Sententiarum.

Distin. 1	2
f. dicitur multi- pliciter, & quid sit.	f. sacramentorū nouæ legis est baptismus.
Sacramentum	primum
3	4
f. fit ex vbo & elemēt. baptismus	f. baptismus triplex
5	6
f. baptismus à bono & malo. æque datur	f. à solis sacerdo- tibus, sed in ne- cessitate à laicis. Baptizati
7	8
i. confirmati accipi- unt sacramentum à solis episcopis. firmi	f. Christi nos reficit. corpus
9	10
f. homines duo- bus mo. manducant	f. corpus Christi est sub specie pa- verum f. sa-

f. sacerdos, trans-  
substantiatur pa-  
nis in corpus, &  
vinum in sangui-  
nem Christi.

Conficiens

13

f. sacerdos conficit  
sicut bonus.

Malus

15

f. omnib. vt po-  
test agi vera  
pœnitentia.

de peccatis

17

est hominem esse  
necessariũ in cor-  
de. i. proposito  
confitendi.

confessum

19

f. quilibet accipit

f. sacerdos non  
corpus Christi  
verum, sed spe-  
cies panis.

frangit

14

f. appropinquat  
Deo per secun-  
dam tabulam

Pœnitens

16

oportet primo pœ-  
nitentiam esse iu-  
xta qualitatem cri-  
minis.

Contritum

18

f. sacerdos per cla-  
ues spirituales.

solvit

20

potest quis age-  
re utranq;

utranq; clauem re pœnitentiam  
in consecratione. veram.

sacerdos in fine

21

22

legimus aliquib. fuis- s. peccata ite  
se peccata post hanc rum quo ad  
vitã in purgatorio. magnitudinẽ

Dimissa redeunt

23

24

s. oleo infir- ordinatis ab episcopo  
morum. septẽ ordines cõferẽte

vnctis clericis

25

26

s. an possũt cõ s. matrimoniũ fuit in  
ferre ordines paradiso ante pecca  
sunt opiniões. tũ institutũ i officiũ

à p̄cisfis Coniugium

27

28

s. tanquam cau-  
sam efficientem  
requirit matri-  
monium.

dico fieri consen-  
sum per traditio-  
nem parentum  
& benedictionẽ  
sacerd.!

consensum

solennem

29

30

scilicet

scilicet aliquis a-  
liquam ad con-  
trahendum va-  
rio metu.

cogit

31

f. est bonum matri-  
monij, fides, proles  
& sacramentum.

Tripertitum

33

f. vxores pote-  
rant habere an-  
tiqui patres.  
per plures

35

æqualis est vir & f. cū ancilla aut li-  
mulier ad celebrā bera contrahere  
dum diuortiū cau potest: sed nō li-  
sa fornicationis.

iuris

37

f. in minorib. po-  
test contrahere  
non in maiorib. lēne etiā dirimit

scilicet fortu-  
næ vel qualita-  
tis non impedit  
sed personæ.

error

32

f. sibi inuicem  
in matrimo-  
nio debitum.

redeunt

34

f. fuerunt personæ  
aliæ ante legē, alię  
sub lege, alię nunc,  
legi imæ

36

f. cū ancilla aut li-  
mulier ad celebrā bera contrahere  
dum diuortiū cau potest: sed nō li-  
sa fornicationis.

Seruus

38

f. in minorib. po-  
test contrahere  
non in maiorib. lēne etiā dirimit  
ordinatus.

ordinatus

39

f. cultu existen  
tes non possunt  
contrahere.

dispari

41

quis efficitur tam  
in coitu matrimo  
niali quàm forni  
cationis.

Affinis

43

f. omnes mortui  
& morituri.  
resurgent

45

f. diuersa habent  
habitacula.  
defuncti

47

scilicet vlti  
mam dabit

vouet

40

aliquo consanguī  
nitatis existentes  
quomodo contra  
here possint.

gradu

42

quis efficitur  
tenens puerū  
ad baptismū  
vel confirma  
tionem.

& compater

44

f. resurgent  
homines.  
totiq;

46

f. pœnā dat Deus  
damnatis.  
iustam

48

f. apparebit in  
Chri-

Christus De  
sententia

49

post resurre  
nem Deus h  
malis vari  
fiones.

tribuet

LIB

TENT

tus, qu

sticis,

tuor

dis

DIS

Quid sacr

fit, abun

Enodat q

1128

219

Christus Deus.  
sententiam

forma seruū.  
iudex

49

50

post resurrectio-  
nem Deus bonis &  
malis varias man-  
siones.

s. habebunt ma-  
li in inferno.

tribuetq;

pœnam.

# LIBER SEN-

## TENTIARVM QVARTVS

tus, qui de Sacramentis Ecclesias-  
ticis, & de resurrectione mor-  
tuorum, extremoq; iudicio  
differit, continet distinc-  
tiones 50.

DIST. I. Periocha.

Quid sacramentum vel sit, vel pro-  
fit, abunde

Enodat quarti sectio prima libri.

Cum

vouet  
40  
aliquo confangu  
nis existentes  
quomodo contra  
hereticos sint.  
gdu  
42  
qua efficitur  
tenens puerū  
ad baptisimū  
vel confirma-  
tionem.  
44  
et comparat  
44  
surgat  
hominis  
totū  
46  
vent s. p. in deo  
damnis  
initium  
48  
s. apparet in  
C. 1.

## DE SACRAMENTIS

Um in hoc quarto Sententia-  
**C**rum libro de sacramentalib.  
signis tractandum fit, & de fi-  
nalis iudicij retributiōe: in primis  
aduertendum est, quid sacramenti  
nomine intelligamus. Sacramentū  
ergo ( vt hīc sumitur ) est sacræ rei  
signum. Quanquam non omne ta-  
le signum, sacramentum est: sed id  
demum, quod ex institutione signi-  
ficans rei signat, & similitudinem ge-  
rit, vt signū simul & causa existat.  
Est ergo inuisibilis gratiæ forma  
visibilis, eiusdem gratiæ gerens i-  
maginem & causa existēs. Quapro-  
pter & veteris legis sacramēta, quæ  
solum gratiam significabant, nō di-  
centur proprie sacramenta. Etsi ve-  
rō absq; sacramentis Deus hominī  
gratiam dare possit, ob humiliatio-  
nem tamen hominis sub sensibili-  
bus creaturis, ac eiusdem eruditio-  
nem, quō per hęc ad inuisibilia co-  
gnoscēda proficiat, & ob ipsius ex-  
ercitationē, ne scilicet per ocium  
ad

ad peiora dilabatur, instituta sunt sacramenta in rebus & verbis consistentia. Sed iam de nouæ legis sacramentis dicendum est, si illud antè de circumcisione admonuerimus, eandem vim antiquitus hanc habuisse, quàm modo baptismus habet, si non quantum ad regni apertionem attinet, at certe quantum ad culpæ deletionem. Atq; hæc cū Abrahæ iam adulto data esset, postea octauo natiuitatis diè, cultro petrino fieri debebat, nisi fortasse in casu mortis id temporis anticipare licuerit. Quod si puer ante octauum diem, post præceptam circumcisionem, sine ea obisset, de eo, vt modo de paruulis non baptizatis, fiebat, Quanquàm ante circumcisionem datam, in fide parentum pueri saluari poterant.

DIST. 2. Periocha.

Enumerat septem præsentia dona salutis

Sacra-

## DE SACRAMENTIS

Sacramenta nouę legis amator ho-  
mo.

**S**eptem sunt nouę legis sacramē-  
ta: baptismus scilicet, confirma-  
tio, eucharistia, pœnitentia, vn-  
ctio extrema, ordo, & coniugium.  
Quorum quidem alia remediũ con-  
tra peccatum præbent, & gratiam  
conferent adiutricẽ, vt baptismus:  
alia verò in remedium tantũ sunt,  
vt coniugium: alia verò & gratia  
& virtute nos fulciunt, vt ordo &  
eucharistia. Quę ideo post Christi  
aduentum instituta sunt, quia ex i-  
pſius passione efficaciam sortita  
sunt. Coniugium tamẽ etiam olim  
ante peccatum institutum est, in sa-  
cramētum scilicet & officium: post  
peccatum verò, etiam in carnalis  
concupiscentiæ ordinatur reme-  
dium. De baptismo autem sacramē-  
tali notandum, quòd ad ipsum ba-  
ptismus Ioannis erat præparato-  
rius: ille enim in aqua tantum la-  
uabat, non autem peccata relaxa-  
bat,

120  
LIBER IIII.

221

bat, sicq; ad Christi baptismum ho-  
mines disponebat. Baptizabat au-  
tem Ioannes in nomine v̄turi, sci-  
licet Christi. An vero baptismo il-  
lo baptizati, rebaptizandi essent,  
nec ne, Magister de eis qui in ipso  
spem non ponebant, perfectam de  
diuinis personis fidem habentes,  
negatiuè respondet, quamuis de a-  
lijs concedat. Sed in hoc ipse Magi-  
ster non tenetur. Nam baptismo  
Christi baptizari oportebat (secun-  
dum alios doctores) omnes indiffe-  
renter, etiam baptizatos Ioannis  
baptismate, qui scilicet baptizabat  
in nomine venturi.

DIST. 3. Periocha.

Peccati maculas pura detergit in  
vnda

Baptismus, membris integer ipse  
suis.

**B**aptismus est ablutio corporis  
exterior, facta in aqua sub certa  
verborum forma præscripta.

Nā accedente verbo ad elemētum,  
fit

## DE SACRAMENTIS

fit sacramentum : sicq; in verbo & elemento baptismus consistit, quæ scilicet sunt de eius substantia. Cætera vero ad ipsius decorem & solennitatem, instituta sunt, quæ si etiam omittantur, non est minus verum & sanctum sacramentum. Quod vero apost. in nomine Christi baptizasse in Actibus leguntur, dispensatiuè fiebat ad tempus ad diuulgationem nominis Christi in q̄ & tota trinitas intelligitur, scilicet & pater vngens, & filius vnctus & spiritus sanctus per quem vnctus est. Quamuis autem & in nomine vnus personæ, aliæ intelligantur, quapropter præsertim & in mortis articulo vna persona tantū expressa, quis baptizari posset, habita intentione baptizandi : tutius tamē est, omnibus expressis. Inuocando autem trinitatem, non debet dici in nominibus, nam tunc sacramēti forma mutaretur : sed in nomine, quia tota trinitas simul ibi operatur,

LIBER IIII.

tur, quæ & in Christi baptismo ap-  
 paruit, quando scilicet Christus ta-  
 ctu mundissimæ carnis suæ vim re-  
 generatiuam aquis contulit, vbi  
 & ipsum instituit. Sub prædicta eti-  
 am forma Apostolos ante passio-  
 nē Christi baptizasse intelligi po-  
 test, quamuis scriptum non sit. Est  
 aut huius sacramēti materia, aqua  
 pura, in qua & Christus baptiza-  
 tus ē, & de qua Nicodemū is instru-  
 xit, quæ & ex ipsius latere in cruce  
 profluxit. Et hoc cōuenienter pro-  
 pter elementi communitatem, &  
 locutionis significationem. Potest  
 autem baptizandus ter uel semel  
 aspergi secundum morem patriæ,  
 licet primum melius sit, Christi si-  
 gnificans mortem & sepulturam,  
 in qua & legalia terminata sunt.  
 Causa vero institutiōis baptismi,  
 est hominis à peccato (quo infectus  
 fuit) innouatio, q̄ baptismus habet  
 ex dominica passioe. Quæ quidem  
 innouatio est rei illius sacramēti.

L Dist.

DE SACRAMENTIS

DIST. 4. Periocha.

Rem pius interdum, fluuio baptis-  
matis absq;

Martyr purpureo sanguine lotus  
habet.

**I**Nter eos qui baptizantur, quidā  
simul accipiūt & rem, & sacramē-  
tum, vt adulti dispositi, & paruu-  
li ritē baptizati. Quidam autem sa-  
cramentū tantū, & non rem, vt  
adulti, qui ficti & sine fide, & sine  
contritione accedunt. Consequun-  
tur etiam quidam rem baptismi si-  
ne sacramento, vt hi qui sanguinē  
pro Christo in charitate fundunt,  
nec sacramentum habere possunt:  
aut q̄ contriti nō potētes habere,  
decedunt. Quod aut̄ Apostolus di-  
cit, Quotquot in Christo baptiza-  
ti estis, Christum induistis, loquit̄  
de ritē dispositis, quo etiam Augu-  
stini inq̄sitiō reduci debet. Porro  
verō authoritates quæ dicere vi-  
dentur, quod sine aqua bap̄tismi sa-  
lus constare non possit, de contem-  
nenti-

mentibus sacramentum accipiuntur. Neque hæc tantum in fundentibus sanguinem vera sunt, sed & in alijs fidem & charitatem habentibus. In paruulis autem quibus aliena fides oportet suffragetur, secus est. Hinc nisi in aqua baptizentur, pereunt. Quod si quis ante baptismum modo præfacto gratiam, & sic peccati deletionem assecutus sit, non est per hoc baptismus frustra. Nam obligationem ad pœnam auferit, & gratiam adauget, fomitem quoque restringit, & in numerum fidelium expresse ponit: immo nec sine baptismi voto gratiam à Deo aliquis assequi potest. Manent autem post baptismum pœnalitates: tum ut, vitam futuram ubi hæc penitus cessant, studiosius inquiramus, tum etiam ut, virtutis exercendæ materiam habeamus. Patet ex his, rem sacramenti scilicet gratiam, id ipsum quandoque præcedere, quod nec inconueniens reputatur,

## DE SACRAMENTIS

cum & quandoq; longè post sequatur, vt patet in fictè accedente, postea pœnitente. Quamuis aut̃ paruuli vsum arbitrii nondum habeant, gratiam tamen in baptismo habitualement accipiunt: qua & vti poterunt adulti, nisi peccando eã extinguant.

DIST. 5. Periocha.

Nil penitus refert, qui sit baptista, piorum

Constet verborum formula trita modo.

**A**Què verus & sanctus baptis-  
mus à bonis datur, & à malis  
ministris, nec pl9 à bono, nec  
minus à malo confertur. Neque e-  
nim hois munus est baptismus,  
sed dei, qui principaliter baptizat.  
Vnde nec Petri nec Pauli baptis-  
mus dicitur, sed Christi, qui sibi ba-  
ptizandi potestatem retinuit, mi-  
nisterio alijs collato. De eis vero  
qui baptismũ recipiunt, dicẽdum,  
qđ hæretic9 uel schismaticus quã-  
uis

123  
LIBER IIII.

224

uis baptismum recipiat, non tamē  
virtutem eius potest participare.  
Quod si ecclesiæ se coniungat, non  
quidem reiterādus est baptismus,  
sed ipse ī vnitate catholica effectū  
ipfius consequetur. Addit etiā Ma-  
gister, quod Christus autoritatē  
siue potestatem baptizandi homi-  
ni cōmunicare potuit, si voluisset,  
sicut & potestatem creandi. Sed in  
his Magister à doctoribus commu-  
niter non tenetur.

DIST. 6. Periocha.

Forma solœcismo turpi lacerata iu-  
uabit,  
Integra verborum dummodo sen-  
sa manent.

**E**Xtra necessitatis casum bapti-  
zare non cōuenit, nisi sacerdo-  
tibus. In necessitate autē pmit-  
tit̄ etiam laicis & mulieribus. Qui  
si etiam extra necessitatem ad bap-  
tizandum se intrōmittāt, seruatis  
aliās seruandis, verus baptismus  
est, nec iterandus, licet peccet sic

L 3

bap-

## DE SACRAMENTIS

sic baptizans, sicut nec rebaptizari debent, ab hæreticis secundum formam ecclesię baptizati, sed sunt reconciliandi. Quod autem Cyprianus in oppisitum dixit, ex ignorantia processit, quæ per martirium in ipso expiata est. Neq; est nisi vnus baptismus, qui trina fit immersione propter mysterium Trinitatis. In vteris autem maternis etiãsi mater baptizetur, puerum baptizari non contingit. Oportet enim hominem prius nasci quàm renasci. Nec valet obiectio de sanctificationis in vtero: quia hoc per priuilegium factum est, vbi & an vsus rationis acceleratus sit, in dubio relinquitur. Neq; etiam baptismum impedit incongrua baptizantis locutio ex ignorantia proueniens. Quod si quis ignoret se baptizatũ esse, is sub conditione baptizari debet: nec reputandus est tunc baptismus iteratus, cũ nesciatur datus. Si quis aut solo ioco tingatur, etiã pro

LIBER IIII.

prolata forma, baptismus non est,  
 secundum sapientes, cum intentio  
 sit necessaria. Quod si paruulus spe  
 commodi offeratur, nihilominus  
 baptismum recipit. Potest autem  
 baptismus dari omni tempore, li-  
 cet conuenientius in sabbato Pas-  
 chæ & Pentecostes. Quod si adulti  
 sint baptizandi, n̄ pro se ipsis respō-  
 dere debēt: si vero paruuli, alij qui-  
 dem respondent pro eis, at qua re-  
 sponse illi cum adoleuerint, ob-  
 ligantur. Ea autem que sunt pro ba-  
 ptismatis solennitate, etiā si omit-  
 tantur, baptismum non impediūt.

DIST. 7. Periocha.

Mirificum robur tibi confirmatio  
 præstat,  
 Intrepidè Christi quo fateare fi-  
 dem.

**C**onfirmationis sacramentum,  
 quod institutum est ad fidei fir-  
 mitatem & gratiæ profectū, ab  
 episcopis & his solis cōferendū est,

## DE SACRAMENTIS

& hoc sub forma determinata, scilicet, Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine patris & filij & spiritus sancti. In quo quidem sacramento donatur spiritus sanctus, ad roborandum eos qui baptizati sunt, qui & datus est in baptismo ad peccati remissionem. Quamuis autem presbyteri confirmasse legantur, hoc tamen fuit temporaliter actum ex speciali concessione, nec iam ultra fieri debet. Videtur autem hoc sacramentum baptismo maius, utpote à digniore, & in potiori corporis parte, scilicet in fronte datum, quod & forte maius prestat virtutum augmentum, quamuis baptismus plus valeat ad peccati remissionem. Debet autem accipi à ieiunis, si non obstat necessitas. Nec iterari debet, sicut nec baptismus, nec ordo.

DIST. 8. Periocha.

Contulit hinc abiens præcepta salubria Christus,

Corpo-

125  
LIBER IIII.

226

Corporis instituens mystica sacra  
sui.

**D**omini corporis, & sanguinis sacramentum, per quod spiritualiter reficimur, græce eucharistia (hoc est bona gratia) vocatur, propterea quod in hoc & gratiæ & virtutis nobis confertur augmentum. Imo etiã sumitur ille, qui est fons & origo omnium gratiarum. Huius sacramenti in lege veteri figura erat manna, quod in deserto, post transitum maris rubri (per quẽ baptismus est figuratus) deus patribus pluit. Hoc à Christo institutum est in vltima cœna, post esum agni paschalis, quando Christus præsentiam sui corporalẽ & visibilem discipulis erat subtracturus, nepe vt sic & memoriæ discipulorũ arctius infigeretur, & veteris legis sacramenta, inter quæ agnus paschalis excellibat, per hoc morte sua terminari significaret. Est autem institutum sub certa verborum forma, ad

L s quam

## DE SACRAMENTIS

quam fit conuersio panis & vini in substantiam corporis & sanguinis ipsius, ita vt cætera quæ præterea dicuntur, tantum laudes quædam Dei sint & oratiões. Etsi vero post cœnam institutum est hoc sacramentum, vt tamen à ieiunis sumatur, propter ipsius reuerentiam ratiõnabiliter ab ecclesia est ordinatũ. Atq; in hoc quidem tria est cõsiderare: scilicet sacramentum tantum, quod est species panis & vini: sacramentum & rem, quod est corpus Christi verum: & rem tãtum, quod est mysticum corpus eiusdem Domini Iesu Christi.

### DIST. 9. Periocha.

Corpus idem cunctos æque sibi sumere Christi,  
Nancisci fructus haud tamen inde pares.

**D**Vplex est huius sacramenti māducandi modus, sacramentaliter scilicet & spiritualiter, duplici rei ipsius correspõdens. s. corpori

pori ipsius mystico, & vero, de quibus distinctione præcedenti dictum est. Sumitur namque corpus Domini in hoc sacramento verè & realiter à bonis & malis: sed à malis sacramentaliter tantum, à bonis sacramentaliter simul & spiritualiter: quorum primus consistit in susceptione ipsius sub visibili sacramento, alter vero in unione ad ipsum sub sacramento contentum. Secundum quos manducandi modos distinguenda sunt quædam doctorum verba, qui alioqui ambigè loqui videntur & contrariè.

## DIST. 10. Periocha.

Sub specie panis sanctissima membra teguntur,

Et mutata sacro vina cruore madet

**I**nsana est & execranda heresis, quæ quidam iuxta sui obtusitatem in sacramento altaris dicunt, verum Christi corpus realiter non contineri, sed tantum repræsentatiuè, frustra innitentes ei, quod dominus

## DE SACRAMENTIS

dicit: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Et, Pauperes semper habebitis, me autem non semper habebitis, &c. Quorū primo dicit corpus suum nō discerptum per partes comedendum, altero autem non visibiliter sumendum. Hi autem non aduertunt aliqua dominus de huius veritate sacramenti dicit: Caro mea verè est cibus: & hoc est corpus meum, &c. Verè igitur & realiter corpus eius verum in sacramento continetur, inuisibiliter tamen, & sub speciebus panis & vini occultatum. Et qui author est muneris, ipse est testis veritatis. Quod multis exemplis & authoribus in textu ostenditur.

### DIST. II. Periocha.

Mirificum sermo panem demutat  
in artus,

Audeat vt Christi sumere corpus  
homo.

**C**onuersio panis in corpus Christi,  
& vini in sanguinem eius,  
non

non est formalis remanentibus præ-  
existentibus accidentibus, scilicet  
sapore, pondere, figura, & colore,  
sed potius substantialis à quibusdā  
dicitur, seu trāsubstantiatio, eò q̄  
substantia panis & vini in corpus  
& sanguinē Christi conuertuntur:  
nec tamen hoc fit per nouam cor-  
poris formationem vel præexisten-  
tis augmentum, quia quantitas ma-  
net, nec panis se habet vt materia  
respectu corporis eius, sic vt sub  
accidentibus sub quibus prius fuit  
substantia panis, trāsubstantiati-  
one facta, fit corpus Christi: quod  
tamen illis accidentibus non affi-  
citur, nec panis annihilatur, sed (vt  
dictum est) in corpus Christi con-  
uertitur. Occultantur autem idem  
corpus & sanguis sub aliena specie:  
tum ad vitandum horrorem sumē-  
tium, tum irrisionem infidelium,  
tum etiam ob fidei meritum, quæ  
scilicet est de his quæ non vidētur.  
Sub duplici etiam specie cōficitur,

## DE SACRAMENTIS

vt filium Dei corpus & animam as-  
sumpsisse significetur, & vtrunque  
nobis ipse tueatur. Quod nec vni-  
tatem ipsius tollit, quia sub vtraq;  
specie totum sumitur. Neque verò  
de alijs substantijs quàm panis &  
vini confici debet aut potest. Cui  
tamen vino aqua miscenda est, ad  
vniõnem populi cum capite Chri-  
sto significandum. Et quidem disci-  
pulis Christus mortale & passibile  
adhuc corpus tradidit. Nos autem  
tale quale modo est, accipimus, qd  
nec intinctum in sanguinem, sed  
siccum populo tradi debet.

### DIST. 12. Periocha.

Subiecto quod inesse solet, se per-  
manet ipso,  
Subiectoq; datas gliscit habere vi-  
ces.

**A**ccidentia panis & vini in sa-  
cramento post cõsecrationem  
remanentia, nõ sunt in corpo-  
re Christi, quod videlicet ñsdem  
non

## LIBER III.

non est affectum : nec sunt in pane  
 & vino, quippe quæ tum non extant,  
 sed stant sine subiecto, ex potentia  
 substante diuina, remanent autem  
 ad mysterij ritum, & fidei suffragiũ  
 ac oris gustum. De fractione autem  
 (falsis refutatis opinionibus) di-  
 cendum est veram esse fractionem  
 in ipso sacramento, non quidem in  
 corpore Christi, id quod impassi-  
 bile est, sed in accidentibus rema-  
 nentibus, idcirco ad significandum di-  
 uersum statum corporis ipsius ve-  
 ri, scilicet in mundo, in sepulchro,  
 & in cælo: atque ad significandũ cor-  
 poris ipsius mystici partes, quarum  
 alia in beatitudine cum eo regnat,  
 alia in mundo ambulat, alia autem  
 in sepulchro quiescit. Est autem to-  
 tus Christus in singulis partib. fra-  
 ctionis, quotiescunque etiam fra-  
 ctio fiat ex eodem fundamento. De-  
 nique hoc quod quotidie facit sa-  
 cerdos, & sacrificiũ, & immolatio  
 proprie dici potest. Est enim signũ  
 memo-

## DE SACRAMENTIS

memoriale & figura immolationis pro nobis semel factæ. Hinc & quotidie sumitur in charitatis augmentum, & medicinam peccatorum.

DIST. 13. Periocha.

Schismaticos placuit non consecrare Magistro,  
Hæresis & captos quos malesuada tenet.

**S**Acerdos quilibet etiam prauus in moribus, in vnitatem ecclesiæ existens, eucharistiæ sacramentum cōficere potest, malitia sua personali non obstante. Non enim in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, cuius virtus sub tegumento visibilium rerum salutem secretius operatur. At iuxta Magistri sententiam hæreticus ab ecclesia præcisus sacerdos, conficere non potest, eo quod oblatio illa sit ex persona ecclesiæ, à qua ille diuisus est, &c. Secundum alios tamen consecrare potest hæreticus, sicut &

## LIBER III.

& errans in fide, (quod vltimum ipse Magister concedit) si est sacerdos, seruata forma, & intendens facere quod & alij faciunt seu ecclesia facit. Dicit etiã Magister, à brutis animalibus corpus Christi non sumi, etiam si sumere videatur: sed nec hoc ab alijs tenetur. Hæreticũ autem facit praua intetio in intelligentia scripturarũ. Et incurritur heresis ex verbis inordinate prolatis. Hinc hæreticus temporalis cõmodi & maximè gloriæ principatusq; sui gratia, falsas ac nouas opiones gignit vel sequitur.

## DIST. 14. Periocha.

Quisquis pœniteat, quem iactat criminis vnda,  
Comprendet tabulam, qua natet ipse, leuem.

**P**OEnitentia de qua nunc agendum est, necessaria est hominibus per peccatum à Deo longè separatis. Est enim secunda tabula post naufragium, sicut baptismus prima,

## DE SACRAMENTIS

ma. Nam post baptismum lapsi per  
pœnitentiam reparari possunt. At  
baptismus est sacramentum tantũ,  
pœnitentia autem est & virtus, sci  
licet ea quæ est interius. A pœnitē  
tia autem & Christus & Ioannes  
præcursor ipsius prædicationem in  
ceperunt, quæ à puniendo dicta, à  
timore initiatur. Est igitur pœni  
tentia, præterita mala plangere, &  
plangenda iterum non committe  
re, quod cum similibus accipiendũ  
est in proposito plangentis. Vnde  
erroneum est, quod quidam dixe  
runt veram pœnitentiam non fuis  
se, vbi plangentem contingit ite  
rum peccare. Veruntamen per pec  
catum sequens pœnitentia prior &  
alia bona mortificantur, attamē si  
peccator iterum resurgat per pœ  
nitentiam, opera in charitate facta  
reuiuiscunt, quamuis nō ea quæ in  
peccato sunt facta. Nunq̄ em̄ viua  
fuerunt, per quæ & sanus habetur  
intellectus eius, quod Augustinus  
dicit,

LIBER IIII.

dicit, inanem esse pœnitentiã quã sequens culpa coinquinat. Similiter & id quod de relapsis dicit, non eos veniam consequi, &c. Quod etiam dicit, Pœnitentẽ dolore gaudere debere, de perfectorum intelligitur pœnitentiã. Quod verò Ambrosius ait pœnitentiã non reitrandam, de solenni pœnitentiã accipitur. Hinc conclusiue tenendum pœnitentiã toties reitrandam esse, quoties quis peccat. Nec contra est authoritas Apostoli, cui erronei quidam innitebantur, si recte intelligatur, vt patet intuenti.

DIST. 15. Periocha.

Nec sceleri credas, alio fine, parceri vni,  
Nec de hoc absq; illo pœnituisse velis.

**A** Veritate longe deficiunt, qui putant vnum mortale sine altero dimitti, seu de vno sine altero pœnitentiã agi posse. Quod autem

CRAMENTIS  
baptismum lapsi pe  
reparari possunt. At  
sacramentum tantu  
est & virtus, sci  
interius. A pœnitẽ  
Christus & Ioannes  
pœnitentiã in  
a pœnitentiã dicta, a  
atur. Etenim pœni  
ta mala plangere, &  
erum non committe  
similibus accipiendũ  
plangentis. Vnde  
quod quidam dix  
pœnitentiã non nisi  
gentem contingit re  
Veruntamen per pœ  
ens pœnitentiã prior &  
ortificatur, atque si  
erum relinquit per pœ  
opera in charitate facta  
quã non ea quã in  
facta. Nunq̃ em̃ viua  
quã & sanus habetur  
quod Augustinus  
dicit,

## DE SACRAMENTIS

tem scriptura dicit Deum non punire bis in idipsum, intelligendum est de his, qui ex flagellis (quæ quidem quintuplici causa infliguntur) emendationem accipiunt. Sicut & accipiendum est, quod Hieronymus adducit, aliquos temporaliter punitos, ne in æternum punirentur. Nã extra textũ sciendum, quod in non pœnitentibus etiam leuia æternaliter saltem per accidens puniuntur, quia scilicet cum eis simul & mortalibus decedunt. Quod etiam dicitur, ciuitatem complui in vna parte & non in alia, non est in contrarium, quia non quod ad criminis veniam, sed alicuius peccati desertionem quandoque hoc contingit. Sed & illud Ambros. Si fides desit, pœna satisfacit, intelligitur de peccato ignorato. Nam fides hic stat pro scientia. Vnde de vno peccato mortali sine alio satisfactio fieri nõ potest. Est enim satisfacere, peccati causas excidere, & earum suggestioni

gestionibus aditum non præbere:  
quod non facit is, qui vel in vno re  
manet mortali. Hinc nec blandiri  
sibi debent de eleemosynis, qui nõ  
de omnibus pœnitent, eo quod di-  
cat Dominus, Date eleemosynam,  
& ecce omnia munda sunt vobis.  
Eleemosynam enim seu misericor-  
diam oportet sibi ipsi homo primũ  
impendat, scilicet de peccatis pœ-  
nitendo. Bona autem in statu pec-  
cati facta, non remuneratione glo-  
riæ, sed temporali aliquo compen-  
sat Deus. Sed nec bona in charita-  
te facta, per peccatum mortificata,  
nisi per pœnitentiam reuiuiscunt.  
Igitur vnum peccatum mortale si-  
ne altero non dimittitur, sicut nec  
Christus hominem nisi totum ali-  
quando sanauit: aliàs Deus inimi-  
co, & ei qui nõ habet timorem, ve-  
niam daret: nec plenam, sed dimi-  
diam, quod inconueniens esse pa-  
tet. Deniq; & ad veram pœniten-  
tiam, male ablatorum restitutionẽ  
fie-

## DE SACRAMENTIS

fieri necessarium est, dummodo facultas absit.

DIST. 16. Periocha.

Cor dolet, os loquitur, pœnas opus  
irrogat æqua,

Cura salutaris crimina quando la-  
uat.

**T**Res ponuntur partes perfectæ  
pœnitentiæ, scilicet cordis cõ-  
tritio, oris confessio, & operis  
satisfactio, nam & corde, & ore, &  
operis consuetudine spiritualiter  
morimur. In cuius etiam signum  
tres mortuos Dominus suscitauit,  
vnum in domo, alium extra portã,  
tertium iã foetidum in sepulchro.  
Est autem pœnitenti necessaria di-  
cretio, vt scilicet consideret quali-  
tatem criminis, tempus & locum,  
personam, & sic de alijs circumstan-  
tijs, quæ ipsum variare, & in aliud  
genus trahere possunt, quantumq;  
in eo perseuerauerit, & de omnib;  
doleat, nec confessionem diuidat,  
paratusq; sit sacerdoti obedire, &  
tunc

tunc tandem ad communionem eu-  
charistię accedat. Caueat autem ea  
quę verę pœnitentię sunt impedi-  
entia, qualia sunt ludi & spectacula  
& negotia vel officia, in quibus si-  
ne peccato permanere non potest.  
In quibus tamen existentes, ut ali-  
qua bona opera faciãt, cõmonendi  
sunt, vt sic eos Deus ad pœnitentiã  
illustret. Est autem pœnitentia tri-  
plex. Quædam enim peragitur an-  
te baptismum ab adultis, quos ve-  
terem hominem exuere oportet,  
priusquam nouum induant. Alia  
post baptismum pro mortalibus,  
& alia pro venialibus: quę etsi le-  
uia videantur, multiplicata tamen  
grauant & opprimunt. Quod tamẽ  
opprimere intelligendum est, non  
in quantum venialia manent, sed  
in quãtum interuenit vel contem-  
ptus, vel alia mortalis circumstan-  
tia.

<sup>A</sup>DIST. 17. Periocha.

Tandem

## DE SACRAMENTIS

Tandem syncerum cordis liquet esse  
se dolorem,

Si quis propositum, ut confiteatur  
habet.

In confessione ore tenus facta,  
S dum tamen non absit confessio  
nis contemptus, sed ea in voto  
habeatur, & sine operis exterioris  
pœna peccata deleri possunt per in  
teriores cordis cōtritionem. Per  
quod quidem contrarię opiniones  
ad sanum intellectum reducuntur,  
& authoritates quas adducunt, recte  
intelligunt. Oportet vero ut hoc  
ad effectum perducatur tempore op  
portuno. Nec soli Deo confiteri suf  
ficit, dummodo copia sacerdotis  
haberi possit, qui pœnitentiam im  
ponat. Nam satisfactionis modus  
& peccatoris reconciliatio, ad mi  
nistros ecclesię pertinent, quę sine  
confessione fieri non possunt. Sed  
& erubescencia in confessione, est  
magna pars deletionis pœnę debi  
tę pro peccatis. Vnde & leprosis di  
ctum

LIBER IIII.

dictum est, quod ostenderent se sacerdotibus, unde & expedit idem peccatum pluribus confiteri. Querat autem confitens sacerdotem scientem solvere & ligare. Quod si sacerdos defuerit, socio interim confiteatur, hoc tamen non est necessarium, cum auctoritatem absoluendi ille non habeat. Quod autem Petrum legitur fleuisse, non tamen legitur eum peccatum confessum esse, predictis non obstat. Non enim omnia facta scriptis mandata sunt. Similiter & alia quae in oppositum facere videbantur, in textu dissoluntur. Igitur necessaria est oris confessio pars poenitentiae: tum propter peccatoris erubescentiam, tum ob sacerdotis iudicium, tum ad futurorum cautelam & humilitatem.

DIST. 18. periocha.

Donat presbytero binas ecclesiae claves,  
 Ut bene discernat, iudicet utque bene.

N Cla

## DE SACRAMENTIS

**C**laues quibus regnum cœlorū  
indignis clauditur, & dignis a  
peritur, non corporales sunt,  
sed spirituales, discernendi videli-  
cet scientia, & potestas iudicandi,  
à qua scilicet ecclesiasticus iudex  
dignos habet recipere, & indignos  
excludere à regno Dei. i. ecclesia &  
sacramentorum perceptione. Vn-  
de & hoc nō hæreticis præcisus, sed  
ecclesiæ ministris competit. Clavi  
um igitur vsus consistit in discer-  
nendo ligandos & soluendo, & illa  
exequendo. Quamuis autem ma-  
gis probabiliter solus deus dicitur  
animam à peccato suscitare, & pœ-  
nam relaxare, & animam à macula  
purgare, quia solus charitatem in-  
fundit, qua hæc fiunt: tamen & sa-  
cerdos dicitur peccatum dimitte-  
re, & peccatorem soluere: quia hæc  
facta vel non facta ostendit & ma-  
nifestat. Etsi enim apud Deū aliq̄s  
solutus est, non tamen in facie ec-  
clesiæ talis habetur, nisi per sacer-  
dotis

LIBER IIII.

dotis iudicium. Ligare etiã sacerdos dicitur, dũ pœnitentiæ satisfactionem imponit. Soluere aut dicitur aliquid de eadem remittendo, & communionem decernendo. Itẽ & ligare dicitur, contumacem excommunicando, & soluere pœnitẽtem reconciliando. Per quã excommunicationem gratia & Dei protectio homini subtrahitur, & excommunicatus sibi ipsi relinquit, & diabolo potestas in ipsum datur, nec orationes ecclesiæ prodesse ipsi putantur. Sunt aut hęc omnia intelligenda, dum adsit discretio, & clauue non errate. Macula autẽ de qua dictũ est supra, est dissimilitudo & elongatio. Tenebrę aut interiores stant in gratię ablatione naturaliumq; debilitate, quę fiunt per peccatũ, à quib. omnib. homo p pœnitentiã purgatur. In qua sacerdos vires habet medici, qui quidẽ uiuẽtes curat, at mortuos nõ lascitat, id qd solius dei munus est.

M 2 Sacri-

CRAMENTIS  
 regnum cœlorũ  
 dignis a  
 corporales sunt,  
 videli-  
 indicandi,  
 iudex  
 indignos  
 &  
 Vn-  
 sed  
 Clau-  
 in dicit-  
 illa  
 ma-  
 dicit  
 & po-  
 animam à ma-  
 charitatem  
 tamen  
 dimitte-  
 hæc  
 & mo-  
 apud Deũ alijs  
 in facie  
 nisi per sacri-

## DE SACRAMENTIS

DIST. 16. Periocha.

Sacrifici iſdem omnes donantur  
clauibus, etſi

Sola ipſarū vsū dictio iuris habet.

**S**olis quidem sacerdotibus per  
ministerium episcopi in pro-  
motione sua dantur claues: si-  
mal enim cum ordine sacerdotij,  
& claues recipiuntur. Magistro ta-  
men de clauē scientiæ seu discretio-  
nis uidetur, quod non oēs eam reci-  
pant. Sed hoc ab alijs nō tenetur,  
nisi limitatum ad dignam recepti-  
onem eiusdem clauis, quæ scilicet  
est authoritas discernendi. Nam &  
illa stare potest sine actuali cog-  
nitione. Sed & qui scientiam habent,  
dictam tamen discernendi autho-  
ritatem non habent, nisi ordinati,  
ergo nec scientiæ clauē. Igitur cla-  
ues illas ligandi & soluendi sacer-  
dotes omnes, dum ordinantur ac-  
cipiunt: sed soli boni eas dignè ha-  
bent, & eis dignè vtūtur. Tametsi  
autem sancti viri, non sacerdotes  
bene

LIBER IIII.

benedicere alijs possint, nō tamen  
 ea benedictione quæ est sacerdo-  
 tum: quam & quāuis omnes habe-  
 ant, soli tamen boni habere dicun-  
 tur, quia hi soli rectè ea vtuntur.  
 Neq; tamen mala quorundam sa-  
 cerdotum vita bonos lædit, dum-  
 modo in bona ipsorum doctrina  
 ipsis obsequuntur. Quod aut pro-  
 pheta dicit contra sacerdotes ma-  
 los, viuificare scilicet eos qui nō ui-  
 uunt, &c. intelligitur de præcis  
 ab ecclesia. Quod etiam Dominus  
 per Malachiam dicit, Maledicam  
 benedictionibus vestris, quò ad ip-  
 sam sacerdotum maledictionem,  
 seu quò ad eos, quos adulando se-  
 uerunt, intelligi debere dicit Gre-  
 gorius. Sacerdos igitur alios solue-  
 re volēs & ligare, iustus esse debet  
 in vita, & discretus in scientia.

DIST. 20. Periocha.

In seros dilata dies cōfessio prodest  
 Vltima rara tamen corrigit hora  
 scelus.

M 3 Pœni

## DE SACRAMENTIS

**P**œnitentię tempus quidem conceditur peccatori vsq; ad extremum præsentis vitę terminum, sed est periculosum vsq; eo eãdem differre, propterea quod non ex timore serui, sed amore fieri debet ipsa pœnitētia. Hinc & August. seram q̄dam modo desperare videtur pœnitētiã. Difficile enim est in vltimo statu verè pœnitere propter multa impedimenta tunc occurrentia, mundum. s. filios & vxorē, mortisq; dolorē & similia. Possibile aut̄ est, & tunc hominem ueraciter pœnitere: sed sine condigna satisfactione hinc discedens, acerbissimã purgatorij pœnam se passurum, certum habeat, nisi ob vehementiorem contritiõem in hac uita ea remittat̄. Deniq; & alij qui etiã maturè pœnitentes, satisfactionē in hac uita nõ expleuerint, in purgatorio persoluant. Vnde per elemosynas & amicorũ orationes pœnitentię eorũ pondus est releuãdũ.

Neg

## LIBER III.

Necq; morientib. pœnitentiã impo-  
nenda est, sed significanda dunta-  
xat, quam peragant, si conualescãt.  
Necq; alicui morienti ac reconcilia-  
tionem petenti, ea deneganda est,  
quam etiam si tunc petere non pos-  
sit, & prius eam appetierit, sufficit.  
Hinc & à publico crimine sacerdos  
simplex in casu mortis, episcopo ab-  
sente absoluerè potest: qđ tamen a-  
liã eo inconsulto, facere nõ debet,  
sicut nec virgines consecrare. Deni-  
que si moriens sacerdotem petat,  
nec habere possit, oblatio ipsius nõ  
venit respuenda.

## DIST. 21. Periocha.

Criminis horrendi si quos obliuio  
cœpit,  
Iurgantur, tristi dummodo mente  
dolent.

**Q**uædam peccata, venialia sci-  
licet, etiã post hanc vitã  
quibusdã remittunt, his  
s. qui in hac vita, vt sibi remitterẽ-  
tur,

M 4 tur,

## DE SACRAMENTIS

fur, meruerunt: in gratia videlicet  
decedentes, & in hac vita lignū, fœ-  
num aut stipulam super fundamen-  
to fidei (secundum Apost. ) edifican-  
tes: hæc temporalia plus iusto, citra  
tamen auersionē à Deo diligentes.  
Nam hi qui aurum & argētum aut  
lapides preciosos. s. charitatē dei &  
proximi, ac pia opera ædificāt, etiā  
ab hoc igne erunt immunes, intel-  
ligendo de perfectis in dicta dile-  
ctione. Qui quidē ignis & si transi-  
torius sit, grauis vis tamen est plu-  
rimū. In præsentī enim exhibetur  
misericordia, in futuro verō iusti-  
tia exercebitur. Debent autē in cō-  
fessione oīa detegi, & singula mor-  
talia, quorum aliquis habet memo-  
riam, prius s. legitimē non confesso-  
rum: alia aut in generali sufficit dī-  
cere, sicut & ipsa venalia, quæ & v-  
traq; per confessionē generalem re-  
mittuntur. Cauendum est etiā con-  
fidenti, quod sicut nullum mortale  
debet scienter retinere, sic nec con-  
fiteri

LIBER I

eri quod non fecit  
ndū est in confes-  
cerdos quoq; omni-  
nitentium villo  
dat, nec subditi p-  
tē confitēdo dimi-  
alienū ad conte-  
casu tamē ignora-  
tis, aliū quādoq;  
DIST. 22.  
peccatori cr-  
nitat,  
rimina quo nou-  
Er recidium  
penitentiam r-  
priora redire  
quidem quo mod-  
athores diuersi  
plici modo loqu-  
quibusdam ea ip-  
ta per hoc bis pu-  
cum peccator p-  
penituisse videtur  
que existit recidi-  
dicentibus quod

fiteri quod non fecit. Neq; em̄ men-  
tiendū est in confessione veritatis.  
Sacerdos quoq; omnino caueat, ne  
confitentium vllō modo peccata  
prodat, nec subditi proprium sacer-  
dotē confitēdo dimittāt. Nec sacer-  
dos alienū ad confessionē accipiat,  
in casu tamē ignoratię pprii sacer-  
dotis, aliū quādoq; requirere licet.

DIST. 22. Periocha.

Hoc peccatori cruciatus acerbior  
instat, (sibi.

Crimina quo nouit plura remissa

**P**er reciduum in peccatum per  
pœnitentiam remissum, peccata  
priora redire dicuntur. Quod  
quidem quo modo vel quousq; fiat  
authores diuersimodè, seu sub du-  
plici modo loquuntur, dicentibus  
quibusdam ea ipsa redire, nec tamē  
ea per hoc bis puniri, vt apparet,  
cū peccator pro eis nō condignè  
pœnituisse videtur & ingratus quo-  
que existit recidiuando. Alijs verò  
dicentibus quod redeant, quātum

M S ad

DE SACRAMENTIS  
ad pœnam, per modum circumstan-  
tiæ aggrauantis peccata iterũ com-  
missa. Quod quamuis Magister sub  
dubio relinquat, recentiorib. tamẽ  
vltimum hoc magis placet. Est aut̃  
in actione pœnitentię (secundũ quos-  
dam) sacramentum id quod fit ex-  
terius: res verò ipsius, est contritio  
pœnitentis. Secundum alios verò  
id quod fit exterius est sacramentũ  
tantum: cõtritio verò interior est  
res & sacramentum: remissio verò  
peccatorum, est res eius tantum.

DIST. 23. Periocha.

Hinc decessurus, perfunditur vn-  
guine sacro, (mos.

Vt valeat superas fortis adire do-

**V**Nctio extrema sacramentũ est  
exeũtium de hac vita, & fit o-  
leo per episcopum cõsecrato,

Nempe inter tres vnctiões quib.  
vtitur ecclesia s. charismatis & ca-  
thecumenorum, est illa tertia: quæ  
dicitur oleũ infirmorũ. Quod qui-  
dem sacramentũ institutum est, ad  
pecca-

138  
LIBER II

peccatorum remissionem  
in alleviatione infirmitatis  
non semper sequitur  
homini semper ex  
ipsa exterior vnctio  
tantum tantum: res verò  
interior peccatorum re-  
missio ampliatio. Quod  
sacramentum ex contritio-  
nis omittente non  
tam reiterare, nisi  
per hoc est  
quo ad suscipiendum  
ad materiæ idem

DIST. 24.

Officiis sacerdotum  
sumit,  
in se quod voluit Christi  
Eptem sunt ordines  
Sci. Nam aliqui in-  
fantiarij, alij lecto-  
coluthi, subdiaconi  
& alij presbyteri.  
rũ officia, quod sunt, &  
tinentia, Magister

peccatorum remissionem & corporalis alleuiationē infirmitatis. Que tamen non semper sequitur, cū hoc nec homini semper expediat. In q̄ etiā ipsa exterior vñctio, est sacramentum tātūm: res verō ipsius, est interior peccatorū remissio & virtutum ampliatio. Quod etiam sacramentum ex contemptu vel negligētia omittere nullus debet, nec etiam reiterare, nisi & morbus redeat: ac per hoc est quidem reiterabile quo ad suscipientē, non tamen quo ad materiæ identitatem.

DIST. 24. Periocha.

Officijs sacer ordo suis discrimina sumit,

In se q̄ voluit Christus obire prius.

**S**EPTem sunt ordines ecclesiastici. Nam aliqui in ecclesia sunt ostiarij, alij lectores, exorciste, acoluthi, subdiaconi, leuitæ, insuper & alij presbyteri. Quorū singulorū officia, q̄ sint, & alia ad ipsos pertinentia, Magister in textu apertē

M 6 &

## DE SACRAMENTIS

& prolixè persequitur. Quos etiã ordines in semetipso Christus exhibuit, & ecclesię seruandos reliquit. Horum aut̃ ordinũ ultimi duo sunt sacri s. diaconatꝝ & presbyteratus: alij dicuntur nõ sacri, respectu illorum. Est aut̃ ordo sacrum quoddã signaculũ, per qđ specialis potestas traditur ordinato. Hinc & omnib. his nomen ordinis conuenit. Et quia in omnib. sacramentũ significatur, ideo & omnes hoc respectu sacri dicuntur. Sunt insuper & alia nomina dignitatum, seu officiorum, quę nõ sunt ordinũ, vt pontificatus & episcopatus, quę & vltorius in textu distinguntur. Debēt aut̃ assecuti ordines ecclesiasticos conari, vt vita eorum dignitati respondeat, vt sic plebs ex eis proficiat, & ipsis gratã ter obtemperet, à quib. sacramenta percipiunt, & missarum solennia audiunt. Quę quidem missa dicitur, vel quia missa est hostia quę ibi commemoratur: vel quia missus celestis

LIBER I

venit ad consecra  
municum.

DIST. 25. P

daturo oblato face  
mate, dantem

tingit, & emptore

Nab hæreticus

possit ordinis

uersæ sunt aut

dicentibus qu

ro quo multas in

is, alijs oppositun

tenet, si in form

tant, quamuis h

nicem. Authorita

fitum dicere vid

tes qđ sacramenta

pta, falsa sint & in

guntur, quo ad e

de consequendũ.

num collatiõe al

cipiunt, simonia

que veniunt pun

qui ignoranter a

natur, tolerari p

stis venit ad consecrandum corpus  
dominicum.

DIST. 25. Periocha.

Si datur oblato sacer ordo nomi-  
mate, dantem (atrox.

Stringit, & emptorē pēna Simonis

**A**N ab hæreticis tradi vel accipi  
possit ordinis sacramētum, di-  
uersæ sunt authorum senten-  
tiæ, dicentibus quibusdam q̄ non,  
pro quo multas inducūt authorita-  
tes, alijs oppositum asserentibus: q̄  
& tenet, si in forma Ecclesiæ id tra-  
dant, quamuis hoc in sui faciāt per-  
niciem. Authoritates aut̄ que oppo-  
situm dicere videntur, pretenden-  
tes q̄ sacramenta ab hæreticis acce-  
pta, falsa sint & inania, &c. intelli-  
guntur, quo ad effectum gratiæ in-  
de consequendū. Qui aut̄ pro ordi-  
num collatiōe aliquid dant vel ac-  
cipiunt, simoniaci dicuntur, & vtri-  
que veniunt puniendi. Veruntamē  
qui ignoranter à simoniacis ordi-  
nātur, tolerari possunt: sciēter autē

## DE SACRAMENTIS

ab eis ordinati, consecrationem habent irritā. Est aut̄ triplex simoniacæ hæresis species, quo ad ordines. Quidā enim simoniaci, à simoniacis simoniacè ordinantur: alij simoniaci simoniacè, sed non à simoniacis: tertij verò nō simoniaci, à simoniacis. Et hi tolerari possunt, dummodo ignorāter hoc fecerūt. Quod etiā dicitur à simoniacis ordinatos damnandos, intelligitur nisi violēter ab eis q̄s ordines. Porro in subdiaconū ante annos quatuordecim non debet q̄s ordinari, in diaconū non ante vigintiquinq̄, in presbyterum aut̄ non ante triginta. Quæ tamen hodie modificata sunt, vt p̄sbyter quis ordinetur vigesimumquintum habens seu agens annum.

DIST. 26. Periocha.

Naturæ officio connubia præstita quondam, (salus. Iam sunt & fragilis carnis honesta  
**M**atrimonij sacramētum in paradiso ante peccatum primo in-

LIBER

stitutum est pro  
prolem. Nūc vero  
endi criminis reme  
tina institutio in h  
fert, tamen si & pri  
tis, illa aut̄ gener  
plicato est volunt  
illa facta est in para  
ro extra. Quidā aut̄  
tiose sentiētes, nup  
cum tamen & Chr  
tia nuptias appro  
Apostolus comm  
cat autem hoc iac  
ctionem Christi  
etiam per anim  
copula carnali p  
fic à perfecta de  
DIST.  
Præsentis verb  
ris, idēq̄  
Durat quāam c  
diu.  
Vim matris  
Cleris mar

## LIBER IIII.

institutum est pro officio generandi prolem. Nunc vero est etiam pro cauendi criminis remedio. Atque vltima institutio in hoc a prima differt, tametsi & prima fuit necessitatis, illa autem genere humano multiplicato est voluntatis. Et prima illa facta est in paradiso, altera vero extra. Quidam autem haeretici pernitiose sentiētes, nuptias condēnant, cum tamen & Christus sua praesentia nuptias approbauerit, & easdem Apostolus commendauerit. Significat autem hoc sacramentum coniunctionem Christi cum ecclesia. Id quod etiam per animorum consensum absque copula carnali perfectum est, quamuis sic a perfecta deficiat significatio.

DIST. 27. Periocha.

Præsens verbo nubendum temporis, id est

Durat quam coniunx viuit vterque diu.

Utrum matrimonium sit viri & mulieris maritalis coniunctio, inter perso-

## DE SACRAMENTIS

personas legitimas indiuiduam re-  
tinens vitæ consuetudinē, ideo cō-  
iuges sine consensu mutuo nō sepa-  
rantur, nec vnus sine altero conti-  
nentiam vouere potest, sed debitū  
ei reddere tenetur. Fit autē matrimo-  
niū per consensum cordium di-  
ctarum personarum, per verba de  
præsenti expressum, etiam si copula  
carnalis nō interueniat. Estq; diffe-  
rentia inter sponsalia & matrimo-  
nium, cūm spōsus etiam inuita spō-  
sa monasterium ingredi possit, &  
cōtra: non aut cōiuge cognita hoc  
possit, quamuis & sponsi coniuges  
quandoq; dicantur. Quod si sponsa  
lia cum vidua de futuro contrahā-  
tur, per hoc bigamia non inducit:  
bene aut si de præsenti, vt Magister  
dicit. Sed in vltimo non tenetur.

DIST. 28. Periocha.

Copula si fuerit verbo cōtracta fu-  
turo,  
Nōdum coniugij fœdera certa ma-  
nent.

Consen-

LIBER II  
Consensus de futuro  
nium non facit, cō-  
to firmatus fuerit  
modi iuramentum  
non de facto, sed si  
per contrahentium  
transierit, dissol-  
missio. Lex autē  
videtur, intelligi  
de præsenti inte-  
mod futurum fit m-  
tio autem paren-  
sacerdotis bened-  
enti substantia n-  
mandam ipsius p-  
atem & honestate  
riam occultè per-  
expressus, matri-  
cientia perficit, v-  
is in ecclesiæ iu-  
nō cogant, cūm t-  
Debet aut ille cō-  
galē societate, qu-  
ex latere viri sum-  
de & inter fratres

141

LIBER III.

242

**C**onsensus de futuro, matrimo-  
nium non facit, etiã si iuramen-  
to firmatus fuerit, cum per hu-  
iusmodi iuramentum fit confirma-  
tio, non de facto, sed fiendo. Hinc si  
alter contrahentium ad aliã copu-  
lam transierit, dissoluta est prima  
promissio. Lex autẽ quæ aliud dice-  
re videtur, intelligenda est, si ver-  
ba de præsentì interuenerint, aut  
quod futurum fit matrimoniũ. Tra-  
ditio autem parentũ ipsius sponse,  
& sacerdotis benedictio, de sacra-  
menti substantia non sunt, sed ad  
quandam ipsius pertinent solenni-  
tatem & honestatem. Sed cõsensus  
etiam occultè per verba de præsen-  
ti expressus, matrimonium in con-  
scientia perficit, vt dictum est, quã-  
uis in ecclesiæ iudicio verba illa  
nõ cogant, cum testari nõ possint.  
Debet aut ille cõsensus esse in cõiu-  
galẽ societate, quapropter mulier  
ex latere viri sumpta scribitur. Vn-  
de & inter fratrem & sororẽ coha-  
bitan-

## DE SACRAMENTIS

bitantes matrimonium nō est, fuit  
autem inter virginem & Ioseph.

DIST. 29. Periocha.

Non erit assensus peragens connu-  
bia, qualem. (homo.

Præbet verberibus sæpe grauatus

**C**onsensus per coactionē extor-  
tus, matrimoniū non facit: nec  
consensus appellandus est, qui  
sic extorquetur. Veruntamē, si post  
huiusmodi coactionem liber cōsen-  
sus superuenerit, vtpote si simul co-  
habitent, & non reclamant, consen-  
sus iam liber factus videtur, & prio-  
rem defectum emendare. Debet au-  
tem cōsensus esse liber, nō modo in  
nuptiis, sed & in sponsalibus. Dicit  
etiam ille cōsentire, qui manifestē  
& euidenter non contradicit. Un-  
de & sponsalia talis consensus con-  
firmare dicitur.

DIST. 30. periocha.

Sunt duo, quæ dicant dissoluere fœ-  
dera lecti,

Sunt errata duo, quæ temerare negēt.

Matri-

LIBER

Matrimonium est  
quidem omnis,  
tionis est seruo  
non aut ille qui est  
probitatis aut pul-  
crana s. diuinarum  
in matrimonium,  
entiendum, quod  
seruare virginitatē  
reclaret, & sine  
societatem marit-  
em consensit ex  
spiritu sancti. Pos-  
Ioseph votū expr-  
eos contugium per-  
cet non ita signifi-  
pula carnali. Sun-  
cur matrimonium  
trahatur. Quæd-  
prolis procreatio  
vitatio. Quædam  
honestæ, vt diuina  
Et alia honestæ  
ciliatio. Neque t-  
minus honestæ

LIBER IIII.

**M**atrimonium error dissoluit, non quidem omnis, sed qui conditionis est seruilis aut personae: non autem ille qui est qualitatis, ut probitatis aut pulchritudinis aut fortunae scilicet diuinarum. De consensu autem in matrimonium, Mariae & Iosephi sentiendam, quod virgo proposuit seruare virginitatem, nisi deus aliter reuelaret, & sine voto expresso, in societatem maritalem seu conjugalem consensit ex consilio familiari spiritus sancti. Postea vero una cum Ioseph voto expressit, fuitque inter eos coniugium perfectum sanctitate, licet non ita significatioue, quia sine copula carnali. Sunt autem multae causae, cur matrimonium communiter contrahatur. Quaedam principales, ut prolis procreatio, & fornicationis vitatio. Quaedam etiam sunt minus honestae, ut diuitiae & pulchritudo. Et aliae honestae, ut pax & reconciliatio. Neque tamen dictae causae minus honestae, matrimonium impe-

SACRAMENTIS  
 Matrimonium non est, fuit  
 virginitatem & Ioseph.  
 Periocha.  
 Peragens conu  
 (homo.  
 grauat  
 exor  
 nec  
 qui  
 post  
 lib  
 co  
 con  
 Deber  
 mo  
 Dis  
 que  
 non  
 ta  
 con  
 peri  
 dis  
 temerare neq  
 Mat

## DE SACRAMENTIS

impediunt, vt quidam volebāt, eo quod malitia cōtrahentis sacramētum non maculat. Fuerunt autē & causę speciales cōtractus inter virginem & Ioseph, vt s. virgo solatiū haberet & sustentamētum, partus aut virgineus diabolo celaret, & Ioseph testis esset castitatis cōiug. suę

DIST. 31. Periocha.

Quę tria cōiugij bona sint, quibus illud honestum

(agis. Reddit, hocce loco docte Magister

**T**Ria sunt matrimoniij bona. s. fides inuicem seruāda, & proles suscipienda ac educanda, & sacramentum de matrimoniij societate non dissoluēda, etiam si quando corporalis fiat defunctio. Neq; hoc tertium deficit in matrimonio, etiam si prima duo deficere cōtingat. Cōiuges tamen qui prolem nolūt, sed sterilitatē procurāt, potius fornicarij iudicādi sunt, & si fœtus tūc animatus fuerit, sunt homicide. Dīcta aut bona sic matrimoniij actum

ordi-

LIBER III

tant, vt si fiat cau-  
non fit, aut fit  
seruata fide thori  
incontinentia. C  
solus dicit hoc eff  
igentiam, accipie  
gentia concessioni  
olis, quasi de min  
en malo. Si vero f  
ntia, accipiendū  
permissiōis, quasi  
ueniali: dummo  
matrimonij fiat,  
excedat, nō exc  
tra prædicta quo  
semper mala est.  
malo pœnæ, & nō  
tū est. Gregorius  
ecclēsia prohibet  
uxorem eum tan  
incontinentię cau  
sit sine huiusmodi  
DIST. 32.  
debita certa ligant  
ra lecti,

LIBER IIII.

ordinant, vt si fiat causa prolis, peccatum non fit, aut fit non mortale, vt cū seruata fide thori conueniūt causa incontinentiæ. Quod autem Apostolus dicit hoc esse secundum indulgentiam, accipiendū est de indulgentia concessionis, si fiat causa prolis, quasi de minus bono, non tamen malo. Si vero fiat causa incontinentiæ, accipiendū est de indulgentia permissiōis, quasi de minus malo s. veniali: dummodo intra limites matrimoni fiat, quos limites si quis excedat, nō excusatur. Nec est contra prædicta quod concupiscētia seimper mala est. Verum est em̄ de malo pœnæ, & non culpæ, nisi vt dictū est. Gregorius aut̄ ab ingressu ecclesiæ prohibet post accessum ad vxorem eum tantum, qui hoc agit incōtinentiæ causa, vel quia raro sit sine huiusmodi cōcupiscētia.

DIST. 32. Periocha.

Debita certa ligant socialis fœdera lecti,

Que

## DE SACRAMENTIS

Quæ pariter coniunx debet vterq;  
sibi.

**Q**uæuis in alijs vir mulieri præest  
sicut caput corpori, tamen in  
redditione debiti ius est  
eis æquale, adeo vt etiã si causa, plis  
mulier debitũ, nõ poscat, vir ei red  
dere teneatur, & contrã, & neuter  
etiã ad continendum, sui corporis  
potestatẽ habet, nisi de cõsensu cõ-  
muni. Attamen licet peccatum nõ  
sit debitum reddere, exigere tamẽ  
vltra generãdi necessitatẽ, veniale  
est: mœchari vero, criminale. Quod  
si vir vxori consentiat, vt Deo con  
tinentiæ votum offerat, si tamẽ re  
uocet priusquã mulier impleat, re  
uocatum est: non autem, si iam fue  
rit impletum. Quãuis autem peten  
ti debitum reddi debeat, sunt tamẽ  
dies in quibus hoc ipsum petere nõ  
licet, vt in textu. Quod autem Hie  
ro. aliter dicere videtur, de ecclesię  
ministris accipiendum est. Sunt &  
tempora in quib, nuptiæ celebrari  
non

LIBER I  
debent, vt à septu  
octauam paschæ, &  
ante festum Ioanni  
baptistæ. Alijs aute  
bus rogationum v  
triduo. Item ab  
Epiphaniã.  
DIST. 33. P  
sacra sobolis,  
libido,  
trib. vxores suas  
Mundi quidem  
vnã habuit vx  
uatum esset, &  
on cecidissent. N  
um & filias, vnus  
ut, cum nec alia  
amech vero prin  
habuisse vxores, &  
biliter quia carna  
processu temporis  
idola declinabant  
sultum est, vt patr  
rent, ne DEI cultus  
rum paucitate de

144  
LIBER IIII.

245

non debent, vt à septuagesima vsq[ue]  
ad octauam paschæ, & trib. septima  
nis ante festum Ioannis, secundum  
Magistrum. Aliàs autem dicitur de  
diebus rogationum vsq[ue] ad octauã  
pentecostes. Item ab aduentu vsq[ue]  
post Epiphaniã.

DIST. 33. Periocha.

Cura sacre sobolis, non execranda  
libido,

Patrib. vxores suasit habere duas.

**A** Mundi quidem exordio, vnus  
vnã habuit vxorẽ, qd & obser-  
uatum esset, si primi parentes  
non cecidissent. Nã inter filios eo-  
rum & filias, vnus vni coniungeba-  
tur, cum nec aliæ essent mulieres.  
Lamech verò primus legitur duas  
habuisse vxores, & quidem reprehẽ-  
sibiliter quia carnaliter. Quia tamẽ  
processu temporis omnes penè ad  
idola declinabant, diuinitus con-  
sultum est, vt patres plures duce-  
rent, ne DEI cultus & notitia ex eo-  
rum paucitate deficeret. Vnde  
&

**DE SACRAMENTIS**  
& maledicta in lege sterilis habebatur. Hinc etiā non imparis meriti estimatur castitas conjugalis Abrahæ, castitati virginali Ioānis, cum vtraq; Deo pro tempore militauerit. Nec patres fidem thori per hoc violarunt, quod Deo volente plures habebant vxores: quia suis fidē seruabant. Sub lege etiam de cōiugio magis expressum fuit. In noua autē lege fœcunditati virginitas preferitur, & sacerdotibus castitas indicitur, eo quod per totum mundum fides iam est publicata.

**DIST. 34. Periocha.**

Qui sint connubijs apti, quæ pacta secundum (die.

Legē vlllo aut nullo sint dirimēda

**A**D contrahendum matrimoniū aliquæ personę sunt plenè legitime s. sine omni impedimēto: aliquę autem ex toto illegitime, vt habentes impedimentum ordinis sacerdotalis aut huiusmodi, quedā vero medio modo se habent, aliter tamen

LIBER I

men nunc quā olim  
frigiditas vel co  
quis causa frigiditat  
non potest, si v  
manere possun  
vult esse mater,  
merunt, & hoc leg  
contrahere cum alio  
& ipsa fit inhabi  
deficio impediatur  
ccatis suis, & per  
fœcunditati restituatur: p  
retur, potest alte  
o ecclesię interu  
auerit, non pote  
re, nisi ecclesię iu  
& amentes, vt r  
non possunt. Sec  
pote vxoris suę do  
si habere debet, &  
coniugij manebit  
pter infirmitatem  
mittere licet coni  
alter alteri auxili  
hoc casu.

LIBER IIII.

tamen nunc quā olim, ut quibus obstat frigiditas vel cognatio. Quod si quis causa frigiditatis debitū reddere non potest, si vtrisque placet, simul manere possunt. Quod si mulier vult esse mater, & nunquā conuenerunt, & hoc legitime probet, contrahere cum alio permittitur, nisi & ipsa sit inhabilis. Quod si ex maleficio impediatur, pœniteat de peccatis suis, & per exorcismos ecclesiæ restitatur: per quos si nō liberetur, potest alteri nubere, iudicio ecclesię interueniente, vbi si cōualuerit, non potest ad priorem redire, nisi ecclesię iudicio. Furiosi i-tē & amentes, vt ratū sit, contrahere non possunt. Sed & ille qui cū sorore vxoris suę dormit, neutrā illarū habere debet, & vterq; sine spe coniugij manebit. Neq; vero propter infirmitatem corporalem dimittere licet coniugem, sed magis alter alteri auxilio esse debet in hoc casu.

N Distin

DE RESVRRE.  
DIST. 35. Periocha.

Non mœchæ mœchum, si vult, ta-  
men absque viri spe  
Viuo illo alterius, mittere iura si-  
nunt.

**V**xorē vir dimittere potest pro-  
pter adulteriū, & hoc si ipse si-  
mili crimine pollutus non sit.  
Quod si vterq; reus sit, neuter pro-  
pter hoc alterum potest dimittere.  
Si verò propter adulterium vnus  
separati fuerint, neuter alium du-  
cere potest altero adhuc uiuente,  
possunt aut inuicem reconciliari.  
Quod si vir adulteram pœnitentiã  
non agētem retinere vellet, in cri-  
mine sibi participare videret. Re-  
pulsam tamen etiam & pœnitentē  
reconciliare sibi poterit, nisi sæpè  
recidiuet. Nec potest aliquis vxo-  
rem ducere eam, quam prius per a-  
dulterium polluit, si ipsa machina-  
ta sit in mortem prioris mariti, &  
alter alteri, adhuc priore marito  
viuente, fidem de ducēdo dederit.

Disti.

LIBER IIII.  
DIST. 36 Periocha.

Quomodo coniugiū impediāt seruum esse, quotoq;

Cuiq; anno liceat fœd9 inire thori

**M**ulier libera seruum ducere potest, similiter & vir ingenuus ancillā. Quod si libero de seruitute alterius cōstitit, ratum erit

matrimoniu: sin aut̄ deceptus est, dimittere potest iunctam sibi personam, postquam scire incipit. Postest & esse coniugium inter virum & mulierē, si ambo seruilis sint conditionis, dummodo voluntas dominorum vtriusq; accesserit: imō secundū quosdam, dominis etiam dissentientibus. At si cōiunx liber seruum se fecerit præter coniugis suæ consensum, per hoc nec separabuntur, nec ipsa serua efficitur. Matrimonium etiam contrahi nō potest, nisi masculus decimum quartū habeat annum, & puella duodecimum, aliàs separari possunt, quāuis & cōsensu parentum hoc factū sit.

N 2 Iuncti

## DE SACRAMENTIS

Iuncti vero præcedenter, si post discretionis annos voluerint simul manere, possunt: ante septennium tamen neq; spōsalia contrahi possunt, cum contrahentes saltem intelligere habeant, quid agatur.

DIST. 37. Periocha.

Occidens proprium mulier violenta maritum,

Nullo deinde aliq; nubere iure pōt.

**I**n ordinibus sacris. s. subdiaconatu & supra constitutus coniugium nequaquam contrahere potest: & si de facto contrahat, nullum est & dirimitur. In alijs vero ordinibus contrahi permittitur coniugium, nisi religionis habitum sumpserint ordinati, vel continentiae votum emisserint. Interdicitur etiam coniugium vxorum suarum occisoribus, qui & poenitentiam agere compelluntur, aut spirituali gladio feriendi sunt nolentes, non curatis etiam legibus secularibus in hac parte.

DIST. 38 periocha.

Quid

LIBER

Quid votū quotup  
dōue resitat,  
Quo minus vxorem  
queas.

Orum (quod q  
monium impe  
tiam dirimit)  
neq; promissiois  
de his quæ Dei su  
ebet. Hinc vota  
ant, nec vota repu  
tum multiplex. s. c  
gulare, simplex &  
votum simplex se  
tinentiæ, matrim  
contrahendum. S  
tinentiæ votum, c  
ecclesia, per sacri  
onem vel professi  
solennizatum, di  
tractum. Nā qu  
pōt votum fit ill  
tales contrahunt  
gressu arcendi sur  
liter satisfaciāt.

147

LIBER IIII.

248

Quid votū quotuplexue fiet, quan-  
dōue resistat,

Quo minus vxorem ducere ritē  
queas.

**V**otum (quod quandoq; matrī  
monium impedit, quādoq; e-  
tiam dirimit) est quædam spō-  
tanæ promissiōis testificatio, quæ  
de his quæ Dei sunt, propriè fieri  
debet. Hinc vota fatua irritanda  
sunt, nec vota reputanda. Et est vo-  
tum multiplex. s. commune & sin-  
gulare, simplex & solēne. Inter quæ  
votum simplex seu priuatum con-  
tinentiæ, matrimonium impedit  
contrahendum. Solenne autē con-  
tinentiæ votum, quod s. in facie fit  
ecclesiæ, per sacri ordinis suscepti-  
onem vel professionem religionis  
solennizatum, dirimit etiam con-  
tractum. Nā quod antè licitū fuit,  
post votum fit illicitum. Quod si  
tales contrahunt, ab ecclesiæ in-  
gressu arcendi sunt, quousq; humi-  
liter satisfaciāt. Quomodo etiam

N 3 intel

DE SACRAMENTIS  
intelligendus est, ait Innocentius.  
Quamais autem adulterium graue sit  
grauior tamen est incestus, & pec-  
catum contra naturam grauissi-  
mum: Mulier etiam quæ maritum in  
remotis agentem mortuum putas  
alium ducit: eo redeunte ad ipsum  
redire debet alio dimisso, nolens au-  
tem est excommunicanda. Qui ve-  
ro vxore dimissa secedit, & aliam  
ducit, & post ductus poenitentia  
vult secundam dimittere, asserens  
se aliam habere, nec tamen permit-  
titur, ecclesia scilicet non credente,  
per obedientiam quidem & timorem  
iam incipit excusari, & licet debi-  
tum penitus reddere potest muli-  
er illi, quæ per ignorantiam excusa-  
tur, tamen ille petere non debet.  
Hæc Magist. Sed quod tali reddere  
possit debitum, id plane non tenetur.

DIST. 39. Periocha.

Nulla tenent illos valido conubia  
nexus,

Quos retinet dispar religionis a-

(mor.  
A per-

LIBER

A Personis diuer-  
A vt Christiano ca-  
te superstitioni  
nom simul cotrahi  
dispar cultus faciat  
trahendum illegiti-  
ra hoc Apostolus,  
quitur, qui dum co-  
ho fuerunt infidel-  
dimittere possit fi-  
cohabitare volen-  
Apostolus ipse, qu-  
coniugibus vnus  
atur, & alter cu-  
tra iniuriam cose-  
possumt non dimit-  
eum similiter con-  
autem & coniun-  
per alias concup-  
mam a Deo aber-  
tere. Quia si infi-  
scedat, aliam du-  
nec sequi eam te-  
infideles existen-  
Si ambo iuncti fi-

## LIBER III.

**A** Personis diuersarū religionū,  
 ut Christiano & homine Iudaicæ  
 superstitionis, &c. matrimo-  
 nium simul cōtrahi nō potest, cum  
 dispar cultus faciat personas ad cō-  
 trahendum illegitimas. Nec est cō-  
 tra hoc Apostolus, qui .s. de his lo-  
 quitur, qui dum contraxerant, am-  
 bo fuerunt infideles. Quamuis autē  
 dimittere possit fidelis infidelē etiā  
 cohabitare volentem, suadet tamē  
 Apostolus ipse, quōd si de infidelib.  
 coniugibus vnus ad fidem conuer-  
 tatur, & alter cum eo habitare ci-  
 tra iniuriam cōsentiatur creatoris, vt  
 ipsum tū nō dimittat: quia fortē per  
 eum similiter conuertetur. Potest  
 autem & coniunx coniugem pro-  
 pter alias concupiscenrias, quę ani-  
 mam à Deo aberrare faciunt, dimit-  
 tere. Quia si infidelis sua sponte di-  
 scedat, aliam ducere fidelis potest,  
 nec sequi eam tenetur, cum ambo  
 infideles existentes iuncti fuerint.  
 Si ambo iuncti fuerunt fideles, sed

N 4 VNUS

## DE SACRAMENTIS

vnus infidelis fiat, alter eam dimittere potest: sed aliā, illa viuente ducere non potest. Ratū est enim cōiugium fidelium, non autem infidelium, quia solui potest, nec habet illud triplex bonum, quod matrimonij actū à peccato excusat: nec meretur prēmium, quia ex fide nō est.

DIST. 40. Periocha.

Fœdera coniugij prohibens cognatio carnis,

Recta lege q̄tum duret ad vsq; gra-

**C**vm & cognatio & affinitas matrimonium impediāt, in hac dīstinctione de carnali vidēdum est, dehinc etiā de spirituali. Vt aut̄ olim obseruatū est, ad septimū vsq; gradum habuit illa cognatio matrimonium impedire, quod ex Doctōrum veterum authoritatib. liquet, quāuis aliter Isidorus, & alij quidā inueniant gradus illos quo ad trūcum, computare. Quod aut̄ Grego. gēti Anglorū in quarto, & in quinto gradibus contrahere concessit, ad

LIBER

tempus hoc fieri  
essent in fide  
notandum, quod  
eclesia hodie unive  
gradu & supra, in  
legitimas con  
truncus incipitur

DIST. 41.

Quod ius cognato  
ceter vna  
legitime, affines  
Affinitas (quā  
niū impedit)  
ad virum per  
oris, & cōtra: eo  
nus, vna caro di  
vir & soror vxor  
mo affinitatis gra  
ris in secūdo gra  
ter. Et illa olim i  
septimum gradu  
tum vsq; ad qua  
ue impedit, mod  
fia. Manet autē i  
matrimonio tra

## LIBER IIII.

250

ad tempus hoc fieri voluit, cum no-  
uiti essent in fide. Extra literam ta-  
men notandum, quod modificante  
ecclesia hodie uniuersaliter in quin-  
to gradu & supra, inter personas a-  
lias legitimas contrahi potest, &  
truncus incipitur à patre.

DIST. 41. Periocha.

Quod ius cognatos inhihet conne-  
ctier vna (mè.

Legitimè, affines necit idem minì

**A**ffinitas (quæ & ipsa matrimo-  
niū impedit) est parentela, quæ  
ad virum pertinet ex parte v-  
xoris, & cōtra: eò quod vir & vxor  
eius, vna caro dicuntur. Sic ergo  
vir & soror vxoris eius sunt in pri-  
mo affinitatis gradu, filij vero vxo-  
ris in secūdo gradu, & sic consequē-  
ter. Et illa olim impediēbāt vsq; ad  
septimum gradum: hodie vero tan-  
tum vsq; ad quartum gradū inclusi-  
uè impedit, modificante hæc eccle-  
sia. Manet autē ipsa affinitas, etiam  
matrimonio transeunte, ita vt im-

N s pediat

## DE SACRAMENTIS

impediat contractus prohibitos e-  
que sicut prius, eo qd uir & mulier  
iuxta uerbum Dei sunt duo in car-  
ne vna. Vnde & contra prædicta cō-  
iunctos ecclesia separat. Si tamen  
ignoranter coniuncti fuerunt, filij  
eorum legitimi reputantur. Notan-  
dum autē iuxta hoc, quod licet for-  
nicatio sit omnis coitus extra con-  
iugium, specialiter tamen est mere-  
tricum, viduarum, & concubinarū.  
Stuprum uero, est uirginum deflo-  
ratio illicita. Adulteriū alieni tho-  
ri uolatio. Incestus, consanguinea-  
rum uel affiniū abusus. Raptus autē,  
uolenta eductio puellæ de domo  
patris, ut ea corrupta in uxore ha-  
beatur, siue ipsi, siue parēti illa fiat  
uolentia, quod quidem morte pu-  
nitur, nisi per confugium ad eccle-  
siam raptor euadat. Sunt quoq; no-  
tanda quædam nomina ad hæc per-  
tinentia, scilicet fratrisa, leuir, iani-  
trix, & glos, quæ quid significant,  
patet in textu.

Dist.

LIBER

DIST. 42

Non tam sepe uer-

rio carnis,

Myrica quin mult

inter ea qua ma

diunt, est etiam

rio seu propinc

ter cōpatrem pu

matrem spiritua

quorum vnus al

te leuauit, aut i

uel confirmatio

inter filios carn

eiusdem homin

monium imped

iuncti, separand

legitimum ma

ut ab uxore sep

suam leuaret v

hoc separandu

tentiam at

quæ eum separ

ligendæ sunt d

leuant ante c

gium, uel sol

LIBER IIII.

DIST. 42. Periocha.

Non tam sæpe vetat nubentē agna-  
 tio carnis, (gat.  
 Mystica quin multo sæpius illud a-  
 Nter ea quæ matrimonium impe-  
 diunt, est etiam spiritualis cogna-  
 tio seu propinquitas, quæ s. est in-  
 ter cõpatrem pueri carnalem & cõ-  
 matrem spirituaalem, & inter eos  
 quorum vnus alterum de sacro fon-  
 te leuauit, aut in cathechizatione  
 vel confirmatione tenuit, ac etiam  
 inter filios carnales, & spirituales  
 eiusdem hominis. Hæc ergo matri-  
 monium impedit: & si tales fuerint  
 iuncti, separandi sunt. Si tamẽ post  
 legitimum matrimonium aliquis  
 vt ab vxore separari posset, filium  
 suum leuaret vel baptizaret, per  
 hoc separandus non est, sed pœni-  
 tentiam at. Authoritates vero  
 quæ eum separandum dicunt, intel-  
 ligendæ sunt de his qui filios suos  
 leuant ante contractum coniu-  
 gium, vel solum ad terrorem lo-

## DE RESURRE.

quuntur. Filij quoq; alicuius naturalis & spiritualis matrimonio iungi nō possunt, siue ante vel post cognationē spiritualē nati sint, & hoc quo ad eos, per quos ad compaternitatem deuētum est, de alijs secus. Neq; verō vxoris suæ commatrem aliquis post eius mortē ducere potest. Nec vir & vxor puerum simul leuare debent. Per hoc autem bigamia vel trigamia dānanda non est, quamuis à sacerdotio prohibeat.

DIST. 43. Periocha.

Hora resurgentes cunctos extrema videbit,

Laturos factis prēmia digna suis.

**N** Vllis fideiū dubitare permittitur, quin oēs qui & nati sunt & nascentur, & q̄ mortui sunt, & morientur, diuina virtute in die nouissimo resurrecturi sint ad tubā Christi, per quā aliquod euidentis & preclarū signū intelligitur: & quandoq; vox vel filij Dei, vel archangeli appellatur. Fiet autē hoc media

no-

LIBER

nocte, non quoad t  
oculte, quando  
cientiarum libri  
tamen bonis non in  
sed in gaudiū & gr  
Quorum etiam p  
mentiam hic delecta  
Magistrum alijs n  
malorum scelera  
nifesta. An verō  
media ad iudiciu  
is dubium vide  
gatiua scripturis  
formis. Quam  
surgent incorru  
integri: non tan  
biles, quia hoc fa  
DIST. 4  
Quantumcunq;  
cunq; tenelli  
Quidam obeāt,  
quus erit.  
N perfecta qui  
Inili, omnes h  
resurgent. A

LIBER IIII.

nocte, non quoad tempus, sed quia occulte, quando scilicet non putatur, & conscientiarum libri aperientur: quod tamen bonis non in tristitia cedit, sed in gaudium & gratiarum actionem. Quorum etiam peccata per poenitentiam hic deleta sunt, secundum Magistrum alijs non patebunt, sed malorum scelera omnibus fient manifesta. An vero aliqui sine morte media ad iudicium venturi sint, quamvis dubium videatur, pars tamen negatiua scripturis magis apparet conformis. Quamuis etiam omnes resurgent incorrupti, quia membris integri: non tamen omnes impassibiles, quia hoc fallit in damnatis.

DIST. 44. Periocha.

Quantumcunque senes & quantumcunque tenelli

Quidam obeant, vultus omnibus æquus erit.

**I**N perfecta quidem ætate. scilicet iuuenili, omnes homines absque dubio resurgent. At non in eadem sta-

N 7 tura.

DE SACRAMENTIS  
tura, sed in ea quilibet, quam vel ha-  
buit, vel habuisset, si ad perfectam,  
non impeditus, peruenisset etatem.  
Omnes quoque generaliter resurgēt  
omnib. membris integri, quocumque  
materia corporum prius fuerit dis-  
persa, ita videlicet, vt tota humani  
corporis materia toti illi corpori  
sit reddenda, quemadmodū in sta-  
tua contrita, & ex eadē materia re-  
parata aduerti potest. Hoc tamē dis-  
simili fiet qualitate in corporib. bo-  
norum & malorum. Nempe bono-  
rū corpora dotāda sunt dotib. glo-  
riæ, malorum verò corpora absque  
his æternis ignib. tradenda. Quæ  
etiā an cū deformitatib. suis resur-  
rectura sint, Augustinus sub dubio  
reliquit, nec curādum putauit, cū  
de eorundem certa constet damna-  
tione. De abortiuis quod resurgāt,  
asserendum est, si vnquā anima vi-  
xerint rationali. Quæ & tunc sicut  
& monstra, à mōstruositate illa sua  
sunt emendanda.

Distin,

LIBER  
DIST. 45.  
victum preculas  
quibusdam  
si tamen hoc ipse  
Tatum post mor  
Sanime pro meri  
in locis sibi de  
tra vel pccnas acc  
post iudicij diem  
pore scilicet res  
puniendi sunt, in  
ecclesie suffragi  
lenti vita, vt iuu  
quilibet pro m  
pompe funerali  
uorum solatia,  
tam defunctis  
est. Quod si pro  
suffragia, pro p  
vel tantū gener  
dem ceteris par  
pariter, quod i  
pleniorē libe  
ad celerē rem.  
mandi reperier

LIBER IIII.  
DIST. 45. Periocha.

Viuētum preculas animis prodesse  
 quibusdam (prius.  
 Si tamen hoc ipsum promeruere  
 Tatum post mortem corporalem  
**S**anime pro meritis vel demeritis  
 in locis sibi deputatis præmia  
 sua vel pœnas accipiunt, quæ tamē  
 post iudicij diem augebuntur, cor-  
 pore scilicet resumpto. Qui verò  
 puniendi sunt, iuuari poterunt per  
 ecclesiæ suffragia, hi s. qui in præ-  
 senti vita, vt iuuarentur, meruerūt  
 quilibet pro modo suo. Quāuis aut  
 pompæ funerales magis sint ad vi-  
 uorum solatia, decentem tamen cu-  
 ram defunctis exhibere laudabile  
 est. Quòd si pro diuite multa fiant  
 suffragia, pro paupere verò pauca,  
 vel tantū generalia, proderunt qui-  
 dem ceteris paribus vtrique in hoc  
 pariter, quòd non profint diuiti ad  
 pleniorē liberationē, bene tamē  
 ad celeriorē. Hi autem qui in fine  
 mundi reperientur, & per ignem  
 confia-

SACRAMENTIS  
 quam vel ha  
 ad perfectam,  
 eratem.  
 resurgēt  
 quocunq  
 dis-  
 humani  
 corpori  
 ita-  
 re-  
 dif-  
 bo  
 bono-  
 glo-  
 abbe-  
 Que-  
 susce-  
 do-  
 con-  
 gāt,  
 a vi-  
 ficut  
 illa su-  
 Dicitur

DE RESVRRE.

conflagrationis & sanctorum orationes purgabuntur. Orationes etiam nostras angeli deo, qui omnia prænouit, offerre dicuntur, quādo quid agendum sit percipiunt. Quas quoq; sancti cognoscunt, quantum ad eorum pertinet gaudium & nostrum auxilium.

DIST. 46. Periocha.

Commiserans iudex, aliās æquissimus ipsos

Dānatos punit, q̄ meruēre, minus.

**N**on obstinantibus quibusdam auctoritatibus, si rectē intelligantur, dicendum est qd circa damnatos est aliqua Dei misericordia in eorum punitione, non tamē sic, vt à peccatis vel à damnatione per hoc absoluantur. Cū autē misericordia Dei & ipsius iustitia sint idem, tamen propter diuersam nostram de Deo conceptionem seu effectum dei, aliqua ipsius opera misericordiæ, aliqua verò iustitiæ attribuantur. Qui & nunc occultē iudicans

153  
LIBER  
...ans s. purgando, c  
...acando, tādē  
...bit. Cuius quoq; t  
...ones dispositio qu  
...od etiam Psalmi  
...ias domini mi  
...veritatē, intelli  
...od duplex est ad  
...um vnus miseric  
...iter iustitiam. V  
...ona facimus, & r  
...Quæ etiam miser  
...iustitia, in omni  
...ur operibus, sec  
...dem secundum ei  
...secundum effectū  
...autem etiam sec  
...signū, & hoc vel  
DIST. 4  
Vltima prudent  
Christo,  
Quam confirm  
patrum.  
A vocaliter  
Atū iudicij ex

## LIBER IIII.

dicans s. purgando, cōuertendo vel  
 excæcando, tādē manifestè iudi-  
 cabit. Cuius quoq; iudicia circa res  
 omnes dispositio quandoq; vocāt.  
 Quod etiam Psalmist. dicit, vniuer-  
 sas vias domini misericordiam esse  
 & veritatē, intelligi potest pro eo  
 quod duplex est aduentus ipsius, q̄  
 rum vnus misericordiam respicit,  
 alter iustitiam. Vel quia eius dono  
 bona facimus, & mala declinamus.  
 Quæ etiam misericordia videlicet  
 & iustitia, in omnibus Dei reperiū-  
 tur operibus, secūdum aliquos qui-  
 dem secundum essentiam, non autē  
 secundum effectum: secūdum alios  
 autem etiam secundum effectū, vel  
 signū, & hoc vel occultè vel apertè.

DIST. 47. Periocha.

Ultima prudenti dabitur sententia  
 Christo,  
 Quam confirmabit candida turba  
 patrum.

**A**N vocaliter vel mētaliter tan-  
 tū iudicij extremi sentētia pro-  
 ferentur

## DE RESURRE.

ferenda sit, non est vsquequaq; per scripturas explicatum. Cū Christo tamen perfecti secūdum scripturas certo iudicabūt. Quod quidem per sedes duodecim quas ipse dicit, significatur. Erunt autem in iudicio ordines quatuor. Nā aliqui iudicabuntur & peribunt, vt impī Christiani: alij vero tunc peribūt, sed nō iudicabuntur, vt infideles: alij autē iudicabuntur & saluabuntur, decedentes s. in pœnitentia: alij quoq; sine iudicio tunc saluabuntur, vt perfecti in hac vita. Congregabuntur autē iudicandi ad iudiciū angelico ministerio, purgatione mundi per cōflagrationem ignis iam cōpleta. Et electi quidē in aëre, reprobī autē erunt in terra. Sicq; finaliter vltima à iudice proferetur sententia. An vero reprobī post iudiciū à dæmonibus puniendi sint, an non, diuersimodē loquuntur diuersi: negatiua tamen probabilior videtur.

DIST. 48. Periocha.

Soi

LIBER

& luna suos ven  
tus  
siet, at neuter def  
forma quidē hu  
am bonis q̄ malis  
dicio apparebit,  
tatis iudicabit,  
uthoritates que  
tribuunt, sunt in  
he patre & spiri  
m exercebit. Er  
estis illa apparit  
is, qui nec vnqua  
poterunt diuini  
tia diuinitatis ip  
tuos, quod pro eo  
bitur, quia in h  
nostram meruit  
plaris ipsius. Cu  
locus erit in va  
aëre circumcirc  
& luna à clarita  
buntur, & virt  
miratione qua  
Obscurabuntur

Sol & luna suos veniēti iudice mo-  
tus

Sistēt, at neuter desinet esse tamen.

**I**N forma quidē humana Christus  
tam bonis q̄ malis gloriosus in iu-  
dicio apparebit, sed virtute diui-  
nitatis iudicabit, secū dum quod &  
authoritates quę Christo iudicium  
attribuunt, sunt intelligendę. Neq̄  
sine patre & spiritu sancto iudici-  
um exercebit. Erit autem lætitię  
iustis illa apparitio, & terrori ma-  
lis, qui nec vnquam Christi videre  
poterunt diuinitatem. Virtute e-  
tiā diuinitatis ipse suscitabit mor-  
tuos, quod pro eo humanitati attri-  
buitur, quia in hac resurrectionem  
nostram meruit, & est causa exem-  
plaris ipsius. Cuius quidem iudiciū  
locus erit in valle Iosaphat, & in  
aëre circumcirca. Tunc autem sol  
& luna à claritate iudicis obscura-  
buntur, & virtutes angelicę ad-  
miratione quadam mouebuntur.  
Obscurabuntur autem & ante iu-  
diciū

## DE RESVRRE.

dicium ad literam, post iudiciū vero clarius lucebunt. Et quidem quo ad motum, cessabunt: quo ad esse autem semper manebunt ad Dei gloriam, & vniuersi decorem.

DIST. 49. Periocha.

Iudicio factō, geminas fore credimus vrbes,

E quibus hęc Diti cesserit, illa Deo.

**E**X acto iudicio, duæ ciuitates. s. Christi & diaboli, fines suos habebunt. Illa quidem in gloria consummabitur, ista vero in miseria, sic tamen vt nec in illa omnes equaliter gloriam participant, nec in ista equaliter pœnā, sed vtrobiq; gradus quidam erunt. Quamuis autem omnes homines beatitudinem appetant, non tamen in eodem eam omnes quærūt. Neq; enim est vera beatitudinis ratio, habere id quod delectat, sed habere quod velis & nihil mali velle. Quamuis etiam omnes Deum cognoscant, tamen in modo cognoscendi est gradus

LIBER I  
seu differentia. H  
est beator. Na  
uale sit omnium, q  
gaudent, non ta  
aque intensum g  
modo. Quę etiam p  
obie maior erit, c  
um atq; cognitio  
DIST. 50.  
non poterunt, eri  
ctus ab agno,  
bene velle ma  
boni.  
N damnis mal  
tas perseuerat,  
peccatum, sed n  
ta, eo quod sunt  
meriti: ficuti & b  
det, quod volunt  
no firmatam. In t  
terioribus mali f  
à visione Dei p  
tum ob volunta  
etiam ex obliuio  
narum inducta,

LIBER IIII.

us seu differentia. Hinc & vnus a-  
lio est beatior. Nam & si gaudium  
equale sit omnium, quo ad id in qui-  
bus gaudent, non tamen omnium  
est æque intensum gaudium & bea-  
tudo. Quæ etiam post iudicium in  
dubiè maior erit, quia maius gau-  
dium atq; cognitio maior.

DIST. 50. Periocha.

Non poterunt, erit hircus vbi disie-  
ctus ab agno,  
Vel bene velle mali, vel male velle  
boni.

**I**N damnatis mala quidem volun-  
tas perseuerat, ea tamen non est  
peccatum, sed magis peccati pœ-  
na, eo quod sunt extra statum de-  
meriti: sicuti & bonis in gloriã ce-  
det, quod voluntatē habent in bo-  
no firmatam. In tenebris quoq; ex-  
terioribus mali fore dicuntur, eo qd  
à visione Dei penitus sunt exclusi,  
tum ob voluntatis malitiam, tum  
etiam ex obliuione à grauitate pœ-  
narum inducta, hoc tamē plus erit  
post


## DE RESURRE.

post iudicium quam antè. Etsi autè curam aliquã de suis notis habeãt, tamen quę in mundo aguntur, non agnoscunt. Qui & in locis corpora libus ad pœnam detineri possunt, vt de diuite, Christo narrante, apparet, cuius tamen descriptio difficilis est intellectu. Vident autem se in mutuo boni & mali vsq; ad iudicij diem, quamuis per magnum chaos diuisi sunt. Postea verò, etsi boni malos visuri sunt, non tamen contra. Nec ad compassionem boni per hoc mouentur propter perfectam eorum voluntatem. Neq; verò per hoc gloria eorum minuitur, sed interim augetur. Ad quam beatorum perennem gloriam perducere nos dignetur is qui in solio sedet excelsò, de quo Magister pertractãt, à facie ipsius exorsus est, & per media procedens, ad pedes vsque eodem duce feliciter peruenit.

EPITOMES LIBRI  
quarti Finis.

DE RESURRE.  
 iudicium quam ante. Et si aut  
 iudicium de suis moris habeat,  
 que in mundo aguntur, non  
 sunt. Qui si in locis corpora  
 tantum trineri possunt,  
 sunt, Christo surgente, ap-  
 paret tamen obitio diffi-  
 cultatis. Videri autem se  
 hunc et mali vigi iudicij  
 quantum per magnum chaos  
 sunt. Postea vero, et boni  
 virtutum sunt, non tamen con-  
 ad compassionem boni per  
 suentur propter perfectam  
 voluntatem. Neque vero per  
 ista eorum minatur, sed in-  
 augeret. Ad quem beatorum  
 veni gloriam per docere nos  
 qui in solo lesit exilio,  
 Magister pertrahe iudice  
 exantia est, et per media pro  
 ens, ad pedesque eodem  
 hunc iudicium perentit.

FINIS LIBRI  
 quinti.



258



# TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

- A** 1  **R**
- B** 2  **G**
- C** 3  **B**
- D** 4  **W**
- E** 5  **K**
- F** 6  **G**
- G** 7  **K**
- H** 8  **K**
- I** 9  **K**
- J** 10  **K**
- K** 11  **M**
- L** 12  **Y**
- M** 13  **C**
- N** 14  **M**
- O** 15  **B**
- P** 16  **B**
- Q** 17  **B**
- R** 18  **B**
- S** 19  **B**

# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
								